

נְחֻמְתִּים non planè notum est ipsis Hebræis. Scribitur נְחֻמְתִּים Gen. 37, et 45, hic autem et in libro Regum cum affixo sine N. Vulg. *aromata* vertit. Alii tamen esse genericum nomen et *res pretiosas* significare putant. Ego certè à verbo נָחַם percussit existimo descendere נְחֻמְתִּים; et in Gen. 37, et 45, non dubito quin sit quod Græci et Latini *masticen* vocant, quæ est resina lentiscis, sic dicta quòd *dentibus teratur ac feriatur*. At hic aliud nomen mihi esse videtur; et facile assentior iis qui tanquam genericum interpretantur *res pretiosas*. Ergo fecit eos videre domum pretiosarum rerum, quas res mox enumerat, *argentum, aurum, aromata, etc.* ODOREMENTORUM; *besamim, aromata*, esse indicat locus Exod. 59, ubi quatuor species eorum numerantur: *myrrha, cinnamomum, calamus et casia*. Vide item Cant. 4. Et *besem* quidem odor pretiosus est: et ab odore sic dicuntur aromata. Hinc credo deductum nomen nostrum *Bejoim* UNGUENTI OPTIMI. Opobalsamum intelligi, quod in solâ Jerichute proveniebat. ΑΡΟΤΙΚΑΣ SUPELLECTILIS S.Æ. Possimus et *armamentarium* veterere. Nam nomen *keli instrumenta* omnis generis notat, et de armis sæpè dicitur: sed et nomine *supellectilis* interdum non malè redditur. Fuit autem Ezechias *dives et inclutus valdè; et thesaurus sui plurimos congregavit, argenti, et auri, et lapidis pretiosi, aromatum, et armorum omnis generis, ut habet Vulgata editio, 2 Par. 32. IN OMNI POTESTATE SUA*, id est, ubicumque et quocumque potestas ejus extendebatur. Quidquid ergo in toto regno dignum fuit quod exteris ostendi posset, omnia jussit eis ostendi; quod meriti tribui potest jactantiæ et inani gloriæ. Nam id Scriptura in libro Paralipomenon his verbis insinuare videtur: *Non juxta beneficia que acceperat retribuit; quia elevatum est cor ejus; et paulò post: In legatione principum Babilonis, qui missi fuerant ad eum ut interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus, ut tentaretur, et nota fierent omnia que erant in corde ejus. Quibus verbis intelligimus, rebus prosperis elatum fuisse cor ejus; quo quidem elatio latebat; sed adventibus legatis ut ei congratularentur de salute et favore Dei quem tam admirando portento regressionis solaris testatus fuerat, manifestata est. Ut videas quantò propiores ruinæ sinus dum nobis ex voto succedunt omnia quam cum in adversis agimus; quod in Davide et aliis quoque manifestum fuit.*

VERS. 5. — Quid dixerunt, etc., unde venerunt, etc. Confessionem extorquet, ut sententiam ferat. E TERRA LONGINUA. Adhuc sibi placerè videtur. Quasi enim jactabundus exponit quòd *ex longinquo, nempe ex Babilone, ad se venissent*. Item interrogatus quid vidisset, respondit, non solum quòd omnia vidisset, sed, et quòd *eis omnia ostendisset*, elatus nimium adhuc, et nondum aliquid mali suspicatus.

VERS. 5. — AUDI VERBUM, etc. Vide, queso, lector, quòd cum prospera nuntiat propheta, è domo sua per nuntios regi nuntiat, videlicet ut nihil timeret, quòd de manu Assur liberaret eum Dominus, et civitatem, etc., nuntium verò mortis per se ipse regi affert. Nun-

tiavit quidem etiam recuperandam sanitatem; sed verisimile mihi est quòd nondum à domo regis discessisset; statim enim, sènte Ezechia, factus est sermo ad Isaiam, etc. Nunc etiam adversa nuntiatum advenit. Fortè quia non æquo animo tristia audimus, necessaria est ipsa viri Dei presentia, quæ metum et reverentiam incutiat. Unde nomen illud *Jehova teaboath* inculcat, et attentum reddit, *Audi, inquit, etc.*

VERS. 6. — NON RELINQUETUR QUIDQUAM. Hebr., non relinquetur verbum. Supra bis ponitur hoc nomen *dabar* eodem modo: quem hebraisum servavit Lucas non semel: *Transecimus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, etc. Non fuit verbum, inquit, quod non, etc., id est, nihil non viderunt, etc.* Huic respondet pena, ut non sito erbum quod relinquetur. Babilonis ostendisti, ut eorum gratulationibus tu quoque gratiam referres; quibus ergo gratiam eorum promereri studuisti, in eorum potestatem deveniant; luasque et jactantiæ et imprudentiæ tuæ penas. Nam nihil aliud hæc tuâ jactantiâ es assecutus quam ut avidius Babiloni ad ea diripienda accurrant, et animo hostili veniant qui nunc amicitie prætextu advenisse videntur. Narrat enim Scriptura 2 Par. 32, quòd ut interrogarent de portento illo regressionis solaris venissent. Parigiter erat ut eis Dei potentiam magnificaret Ezechias, ut Dei beneficiarius, et doceret iniquos vias Domini, ut impii ad Deum verum converterentur; ille verò, ut jam erat elatus animo, omnia in sui laudæ convertit, et quòd ad se videndum venissent *ex terra longinqua* sibi laudi duxit. Unde in eum justè exarsit divina vindicta, ut ea amitteret quo ipsum extulerat; et qua possessa fuerunt ruinæ occasio, rursus amissa respiscere facerent, ut mox Scriptura commemorat.

VERS. 7. — EUNUCHI. Saris nomen peregrinum seu Ægyptiacam esse videtur, quo is est appellatus qui regi erat à negotiis aulicis, maximè autem curandis cubiculis. Hinc D. Hieronymus vertit *Eunuchus*, id est, *cubiculi custos*. Et licet illi quoque interdum castrerent, ut de fide continentia minus suspecti essent, tamen non omnes spadones fuisse constat ex nonnullis locis S. Scripturæ.

VERS. 8. — BONUS SERMO DOMINI (1). Patientiæ sunt verba, et errorem suum agnoscentis. Idque ex libro

(1) Hebræicè est in secundâ personâ, quod locutus es, quomodo interpretem idem vertit 4 Reg. 20, ut dirigit sermo Ezechie ad Isaiam prophetam, a gravia illi ex præcepto Domini comminantis. Et eodem recidit. Sensus enim est: Quod mihi nuntias à Domino homo verbum Domini interpretor. Verba enim sunt, voluntatem suam subjecientis Dei voluntati, et justitiam ejus probantis. Tamen hoc adject: *Fiat tantum pax et veritas in diebus meis*. Ubi pax quietem et tranquillitatem in bono significat, veritas stabilitatem. Et sensus est: Tantum precor, ut quantum de diebus meis nihil mali nuntias, regi mei statum habeam pacatum et stabilem, quoad vivam. Sic et Ecclesia orat: *Da pacem, Domine, in diebus nostris*. Non ergo peccavit his verbis Ezechias, quòd non fuerit conatus avertere iram Dei à posteris quoque suis, quòd et impingunt Hebræi; sed scilicet cognite per prophetam absolutæ Dei voluntati suam voluntatem præ accommodavit. (Estius.)

Paralipomenon apparet: *Elatum est cor ejus; et facta est contra eam ira, et contra Judam et Jerusalem. Humiliatusque est postea eò quòd exaltatum fuisset cor ejus, tam ipse, quam habitatores Jerusalem; et idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechie*. Simile quid legitur de impio illo Achab, qui, auditiæ sententiæ Domini indignationis divinæ plenâ per Eliam prophetam, humiliatus est, et dormivit in sacco, jejunavit, et ambulabat dimisso capite. Unde Dixit Dominus Elie: *Vides humiliatum Achab? Quia igitur humiliatus est mei causâ, non inducam malum domui ejus*. Igitur ad verba Isaie tam rex Ezechias quam populus humiliati sunt et penitentiam egerunt, dicentes justum esse Dominum, et dignos se qui omnia bona amitterent, quòd Deo gloriam non dedissent. Et dixit: FIAT PAX, etc. Hunc sensum quem Vulgatus CAPUT XL.

1. Consolamini, consolamini, popule meus, dicit Deus vester.

2. Loquimini ad cor Jerusalem, et advocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicita pro omnibus peccatis suis.

3. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

4. Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur: et erunt prava in directa, et aspera in vias planas.

5. Et revelabitur gloria Domini; et videbit omnis caro pariter quòs Domini locutum est.

6. Vos dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri.

7. Exsiccatum est fenum, et cecidit flos: quia spiritus Domini sufflavit in eo. Verum fenum est populus:

8. Exsiccatum est fenum, et cecidit flos. Verbum autem Domini nostri manet in æternum.

9. Super montem excelsum ascende, tu qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem; exalta; noli timere; dic civitatibus Juda: Ecce Deus vester.

10. Ecce Dominus Deus in fortitudine venit, et brachium ejus dominabitur; ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram illo.

11. Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit; factas ipse portabit.

12. Quis mensus est pugillo aquas, et celos palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terre, et libravit in pondere montes et colles in statera?

13. Quis adjuravit Spiritum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, et ostendit illi?

14. Cum quo inivit consilium, et instruxit eum, et docuit eum semitam justitiæ, et eruditit eum scientiam et viam prudentiæ ostendit illi?

15. Ecce dentes quasi stilla situlæ, et quasi momentum statera reputate sunt; ecce insulæ quasi pulvis exiguus.

expressit, Hebræa non reddunt nisi interrogativè accipiantur. Nam *ki* interdum interrogat, ut suprâ ostendi; esque optantis; *putane, erit pax et veritas in diebus meis? Fierine potest ut saltem diebus meis sit pax et veritas?* Et hunc sensum habet Vulgata editio, si tanquam verba deprecantis accipias: *Fiat pax saltem in diebus meis, etc.* Idque confirmant verba quæ pro his habentur in libro Regum: *Et dixit: O si feret pax, etc., vel: Numquid fieri non poterit ut sit pax, etc.* Nomine autem *pacis* et *veritatis* intellige quidquid ad corporum et animorum salutem necessarium est. Sensus verò quem in versione sun secutus satis planus est: *Rectam est verbum Domini quod locutus est, et dixit, nempe quòd feret pax in diebus meis*. Nam cum hoc se quoque indignum putaret, ex animo gratias agere videtur, et sententiam Domini æquo animo suscipere.

CHAPITRE XL.

1. Consolez-vous, mon peuple, consolez-vous, dit votre Dieu.

2. Parlez au cœur de Jérusalem; et assurez-la que ses maux sont finis, que ses iniquités lui sont pardonnées, et qu'elle a reçu de la main du Seigneur le double de ses péchés.

3. Voix de celui qui crie dans le désert: Préparez la voie du Seigneur, rendez droits dans la solitude les sentiers de notre Dieu.

4. Toutes les vallées seront comblées, toutes les montagnes et les collines seront abaissées; les chemins tortus seront redressés; ceux qui étaient raboteux seront aplanis.

5. Et la gloire du Seigneur se manifestera; et toute chair vera en même temps que c'est la bouche du Seigneur qui a parlé.

6. Une voix m'a dit: Criez. Et j'ai dit: Que criera-je? Toute chair n'est que de l'herbe, et toute sa gloire est comme la fleur des champs.

7. L'herbe s'est séchée, et la fleur est tombée, parce que le Seigneur l'a frappée de son souffle. Le peuple est vraiment de l'herbe.

8. L'herbe s'est séchée, et la fleur est tombée; mais la parole de notre Dieu demeure éternellement.

9. Montez sur une haute montagne, vous qui annoncez l'Évangile à Sion; élevez votre voix avec force, vous qui annoncez l'Évangile à Jérusalem; élevez-la, et ne craignez point. Dites aux villes de Juda: Voici votre Dieu.

10. Voici le Seigneur Dieu qui vient dans sa puissance. Il dominera par la force de son bras; il porte avec lui ses récompenses, et il tient entre ses mains le prix de ses travaux.

11. Il mènera son troupeau dans les pâturages, comme un pasteur; il rassemblera dans ses bras les petits agneaux, et il les prendra dans son sein; il portera lui-même les brebis qui seront pleines.

12. Qui est celui qui a mesuré les eaux dans le creux de sa main, et qui, la tenant étendue, a pesé les cieux? qui soutient de trois doigts toute la masse de la terre? qui pèse les montagnes, et qui met les collines dans la balance?

13. Qui a aidé l'Esprit du Seigneur? Qui lui a donné conseil, qui lui a appris ce qu'il devait faire?

14. Qui a-t-il consulté? Qui l'a instruit, qui lui a montré le sentier de la justice? Qui lui a donné la science? qui lui a ouvert le chemin de la sagesse?

15. Voilà que les nations ne sont devant lui que comme une goutte d'eau qui tombe d'un seau, et comme ce petit grain qui fait à peine pencher la balance: voilà que les îles sont devant ses yeux comme un petit grain de poussière.

16. Et Libanus non sufficit ad succendendum, et animalia ejus non sufficient ad holocaustum.

17. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, et quasi nihilum et inane reputatae sunt ei.

18. Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?

19. Numquid sculptile conflavit faber? aut aurifex auro figuravit illud, et laminis argenteis argenteus?

20. Forte lignum et imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuatur simulacrum, quod non moveatur.

21. Numquid non scitis? numquid non audistis? numquid non annuntiatum est vobis ab initio? numquid non intellexistis fundamenta terræ?

22. Qui sedet super grym terræ, et habitatores ejus sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilum caelos, et expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum.

23. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint: iudices terræ velut inane fecit:

24. Et quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terrâ truncus eorum; repente flavit in eos, et aruerunt, et turbo quasi stipulam auferet eos.

25. Et qui assimilastis me, et adæquastis? dicit Sanctus.

26. Levate in excelsum oculos vestros, et videte quis creavit hæc; qui educit in numero militiam eorum, et omnes ex nomine vocat; præ multitudine fortitudinis et roboris, virtutisque ejus, neque unum reliquum fuit.

27. Quare dicis, Jacob, et loqueris, Israel: Abscondita est via mea à Domino, et à Deo meo iudicium meum transivit?

28. Numquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ: non deficit, neque laborabit, nec est investigatio sapientiae ejus.

29. Qui dat lassio virtutem; et his qui non sunt, fortitudinem et robur multiplicat.

30. Deficient pueri, et laborabunt, et juvenes in infirmitate cadent.

31. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assumunt pennas sicut aquilæ, current et non laborabunt, ambulabunt et non deficient.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — CONSOLAMINI. Activè accèpi propter verba quæ sequuntur, loquimini, vocate, etc. Hinc incipiunt apertiora oracula de redemptione per Christum; ut deinceps non tam propheta videatur Isaïas quam Evangelista. Verbum autem *nacam* generaliter notat mutationem affectus seu animi, nunc eam quæ fit cum quempiam dicit vel facti penitet, nunc eam quæ fit commiseratione, interdum eam quæ fit consolatione; et de hæc est sermo, quem videtur dirigere ad prophetas et ministros verbi.

VERS. 2. — LOQUIMINI AD COR, vel *super cor*. Hebraismus est; verbis blandis lenite mortuum ejus. Gen. 50: *Locusus est Joseph ad cor fratrum suorum.*

16. Tout ce que le Liban a d'arbres ne suffirait pas pour allumer le feu du sacrifice qui lui est dû; et tout ce qu'il a d'animaux serait trop peu pour être un holocauste digne de lui.

17. Tous les peuples du monde sont devant lui comme s'ils n'étaient point; et il les regarde comme un vide, et comme un néant.

18. A qui donc ferez-vous ressembler Dieu, et quelle image en tracerez-vous? 19. L'ouvrier ne jette-t-il pas sa statue en fonte? Celui qui travaille en or n'en forme-t-il pas une d'or? et celui qui travaille en argent ne la couvre-t-il pas de lames d'argent?

20. L'ouvrier habile choisit un bois fort qui ne pourrisse point; il cherche à placer sa statue de manière qu'elle ne tombe pas.

21. N'avez-vous point su? n'avez-vous point entendu? ne vous a-t-il pas été annoncé dès le commencement? n'avez-vous point compris l'origine des fondements de la terre?

22. C'est Dieu qui s'assied sur le globe de la terre, et qui voit tous les hommes qu'elle renferme comme des sauterelles: c'est lui qui a suspendu les cieux comme une toile très-légère, et qui les étend comme un pavillon qu'on dresse pour s'y retirer; 23. Qui a enchaîné ceux qui recherchent avec tant de soin les secrets de la nature, et qui réduit à rien les juges du monde.

24. Ils n'ont point été plantés, ils n'ont point été semés sur la terre, leur tronc n'y a point jeté de racines; soudain il les a frappés de son souffle, et ils se sont séchés, ils ont été enlevés, comme un tourbillon emporte la paille.

25. A qui m'avez-vous fait ressembler? à qui m'avez-vous égalé? dit le Saint.

26. Levez les yeux en haut, et considérez qui a créé les cieux, qui fait marcher dans un si grand ordre l'armée des étoiles, et qui les appelle toutes par leur nom, sans qu'il manque rien à leur harmonie, tant il excelle en grandeur, en vertu, et en puissance.

27. Pourquoi dites-vous, ô Jacob, pourquoi assurez-vous, ô Israël: La conduite de ma vie est cachée au Seigneur; non Dieu ne se met point en peine de me rendre justice?

28. Ne savez-vous point, n'avez-vous point appris que le Seigneur est le Dieu éternel qui a créé toute l'étendue de la terre, qui ne se lasse point, qui ne travaille point, et dont la sagesse est impénétrable?

29. C'est lui qui soutient ceux qui sont las, et qui remplit de force et de vigueur ceux qui étaient tombés dans la défiance.

30. La fleur de l'âge se lasse et succombe au travail, et la vigueur de la jeunesse a ses affaiblissements;

31. Mais ceux qui espèrent dans le Seigneur trouveront des forces toujours nouvelles; ils prendront des ailes comme l'aigle; ils courront sans se fatiguer, et ils marcheront sans se lasser.

2 Sam. 19, 7; et 2 Par. 50, et 52; et Osee 2, etc. Eadem prope phrasim nos Lusitani imitati dicimus *loqui ad voluntatem pro adulari*, etc. ADVOCATE EAR. Hebr., *vocate ad eam*, id est, vocando cam dicite ei, annuntiate ei, quod militia ejus, etc. Tria autem quæ hic ei nuntiare jubet, sunt, quibus illa consolationem accipere et mortem deponere posset. **COMPLETA EST MILITIA.** Nomen *tsaba* quod magis congruè voco reddere non possumus quam *militia*, largitus patet Hebræis, ut quidam docti annotavi. Est enim illis *exercitus* seu *statio*; quæ certo tempore et ordine constituitur, sive in Ecclesiâ, sive foris in bello; unde tam de ipso tempore, ut Job 7, quàm de ipso ministerio

dicitur; ut Num. 4: *Omnis qui ingreditur militiam, ut faciat ministerium in templo*, etc., et Dan. 8: *Et sanctuarium et militia erunt concussio*. Vide supra

28. Quod autem hic dicitur *impleta est militia*, videtur redditum Marc. 1: *Impletum est tempus, instatque regnum Dei; paenitentiam agite, et creditè Evangelio*; quasi insinuet, jam non esse militandum in tabernaculo, et consummatum esse ministerium Leviticum; et jam novam militiam exercendam. Quam Paulus insinuans, et ad veterem alludens, dicebat 1 Tim. 4: *Hoc præceptum commendo tibi juxta prophetias quæ de te præcesserunt, ut milites in eis bonam militiam*. **DOMISSA EST INIQUITAS ILLIUS.** Verbum *ratsah* propriè significat *favere* et *benevolentiam prosequi*: et juxta variam constructionem variè reddere necesse est. Cum accusativo quidem nominis vel pronominis licet vertere verbo *suscipiendi*, *benè accipiendi*, *approbandi*, et *benevolentiam prosequendi*. Quare Levit. 26, optimè reddidit Vulgatus: *Placebunt terræ sabbata sua*. Eodem etiam loco, ubi reddidit: *Orabunt pro impietatis suis*, et rursum: *Rogabunt pro peccatis suis*, habet Hebraismus idem verbum et eandem constructionem quam hic habemus, *tunc benè accipient iniquitatem suam*, id est, penam iniquitatis suæ; agnoscentque se justè à Domino derelictos, et pro meritis dignas penas tulisse, etc. Vide locum, et ita planè vertendum esse judicabis, ut pro comperto habeam ex hoc Levitico loco Isaïam hæc verba mutatum fuisse; ut ad verbum verti hoc loco possit, *accepta est iniquitas illius*; vel quod ipsa Jerusalem errorem suum agnoscent approbent penam suam, vel quod Deus significet jam sibi satisfactum esse, et acceptas habere se afflictiones Jerusalem, quæ Hebræis etiam nomine *iniquitatis* significantur, ut non amplius punire decreverit. Ut hæc etiam referri possit quod præcessit de completè militia populi, quasi hæctenus in suffrendis adversitatibus et divinis castigationibus servierit, sese exercuerit et quodammodo militaverit; at jam tempus illud *militiamque completam*, atque hunc bonum nuntium jubet ei nuntiare, videlicet, nolle jam Deum ultra illum vexare. Cui convenit tertium membrum quod sequitur: **SUSCEPIT DUPLICIA**, etc., id est, satis superque castigata est. Estque hyperbolicus sermo, qualis solet esse blandientis, et quasi seipsum reprehendentis quod sic duriter cum amico egerit: *Plus quàm opus erat indignatus sum; duplo quàm justum erat penas dedisti; ignosce, redeamus in gratiam*, etc. Hoc jubet Dominus nuntiare Jerusalem. Quo nomine intellige populum Dei et filios ipsius, pro quibus Filius Dei satisfactorum erat, quos etiam ab onere legis et gravi illo ministerio erat liberaturus. Cùm ergo Deus Christi Filii sui afflictiones ex gratiâ suâ nostras esset effecturus, ut sibi reconciliari possemus, quasi jam id factum esset, prophetas populo hæc duo prædicare jubet; nempe, quod liberati sint à maledicto legis, et ad legis Mosaicæ observantias non ultra stricti essent; deinde, quod afflictionibus Christi Filii sui fratris nostri non adæquate modo verum plus quàm debuit esset sibi satisfecissemus.

Quod si ita acciperis ut viros Christianos accipere dignum est, jam non hyperbolicus est propheta sermo, sed verissimum veritatem continet. Si enim multo majora peccasset homo, tamen Christi satisfactione adeo Divinæ justitiæ satisfecisset ut possit non contentus esse solâ peccati remissione, sed et præmium debeat petere quod obedientie Filii Dei debetur. Cùm hæc audis, Christi passionis meritum et gratiam quæ hominem dignatus est cogita: neque quidquam impii Lutheranismi in mentem veniat, qui meritum Christi agnoscit, ut etiamis perdidit homo vivat, sibi nihil amplius faciendum putet quàm fide Christum apprehendere, et quod agit agere. Quasi verò Filius Dei portam aperuisset sceleribus, et timorem omnem sustulisset à peccatorum mentibus, etiamis à peccatis abstinere nollent. Quale hoc, quæso, beneficium fuisset? Quid miseri suis sceleribus tam malè medicantur? Certè nihil aliud quàm peccare et genio indulgere absque ullo timore volunt: atque hoc nobis Christum contulisse cæcis mentibus persuadere conantur. At nos, qui ab antiquâ fide, dono Dei, non discessimus, Christum plenissimè pro peccatis nostris ita satisfecisse credimus, ut nihil amplius ad reconciliandum humanum genus Deo sit necessarium; ejusmodi autem satisfactionis participes non fieri haudquaquàm posse affirmamus, nisi unum cum Christo fide, spe et charitate firmus; ita ut nobis operæ omnino ad salutem necessaria sint, quibus et Dei gratiam promeremur, et virtute gratiæ et Filii Dei satisfactionis pro erratis nostris ex parte satisfacimus; ut non otiosi, non in utramque aurem dormire, non bibere et inebriari nos velit Dei Filius, qui venit ut *faceret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum*. Credimus itaque cum Apostolis, nihil coram ipso valere nisi fidem quæ per dilectionem operatur; quod certè non est Christi gratiæ et merito deirahere, sed plus quàm hæretici deferre, ut qui illi tribuamus, posse hominem adeo justum facere ut valeat ipsius dono et meriti vitam æternam et pro erratis satisfacere. Pro omnibus peccatis. Hebr., *in omnibus erratis*, id est, *propter*, vel *potius in*, id est, quocumque erravit.

VERS. 5. — Vox. Quasi interrogaretur propheta undenam sciret tempus adesse quo statim dimittenda esset, et non ultra figuris agendum, aut diutius pernoctandum (tale enim erat totum illud leg's ministerium), unde etiam sciret Deo jam satisfactum, iramque ejus mitigatam (hæc enim jubebat nuntiare populo), respondit se audire *vocem* qujusdam viri in deserto vocantis ad se, ac dicentis: *Parate viam Domini*, etc. Quis autem fuerit iste clamans satis aperiant Evangelistæ. Ipse namque Joannes Baptistæ interrogatus quisnam esset, respondit: *Ego vox clamantis in deserto*, etc. Ubi nollem existimes quod se vocem esse dixerit; sed se esse illum de quo loquebatur Isaïas quando dicebat: *Vox clamantis, etc. Sim, inquit, ille vocans (vel clamans) in deserto, cujus vocem Isaïas videbatur sibi audire: Parate viam Domini, etc.* Istæ enim erant voces quas statim explicat, quæ certè

significabant Deum jamjam adesse. *Rectam facite Deo nostro viam*, dicebat. Ergo cessare debent excubiæ: ergo reconciliatus est mundus Deo, et placatus Deus. Nam si parandæ viæ sunt, homo factus advenit. Ergo non venit ut perdat hominem, sed ut salvetur mundus per eum. Vides quàm merito dicat Dominus: *Lex et Prophete usque ad Joannem?* Nam illum adesse dixit quem præstabantur illi custodes et vigiles et stationarii milites seu exercitus templi, seu etiam longanimitas et patientia afflictorum. Diem ergo cum adesse significaret, noctem finiendam et abolendas figuras satis ostendebat. Adde quòd *Agnum* ostendit qui peccata mundi portaret super se. An non hæc nuntiare jubet Dominus, adveniente Joanne Baptistâ, primis duobus versibus? CLAMANTIS. Malui cum Evangelistis et Vulgato in genitivo dicere; quamvis verti posset *vox clamans vel vocans*. IN DESERTO. Distinctio Hebræorum et quod sequitur in *solitudine* fecit ut Hebræi et alii hæc vocem cum verbo *parate* conjungerent: sed ego neque distinctiones rabbinorum neque eorum qui illos sequuntur auctoritatem moror, cum videam Evangelistas aliter accepisse. Neque enim Joannes Baptistâ præcipiebat ut in deserto pararent viam Domino, sed ipse in deserto existens hæc præparationem prædicabat. Exhibent enim populi in desertum ut eum de præparatione viarum Domini prædicantem audirent. Ergo hæc ita accipe juxta Hebraici sermonis consuetudinem ac si ad hunc modum propheta dixisset: *Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini; vox clamantis in solitudine, Rectas facite semitas Dei nostri, etc.* Fateor tamen posse accipi de conversione gentium, quæ erant veluti desertum, et in Charnel versæ sunt, etc. Sed prophetiam de Joanne Baptistâ hic sensus aliqui ex parte videtur labefactare. PARATE; phagah in secunda conj. idem est ac *faciem reddere seu facere quòd res habeat faciem, neque aliquid habeat aut sortidum, aut inæqualitatis seu indecentiæ*. De domo dicitur, Gen. 24: *Abstuli impedimenta, et præparavi domum*; item Mal. 5 de viâ, sicut hoc loco. Quare Vulgatus non malè verbo *parandi* seu *præparandi* reddidit hic, et Mal. 5, etc., alii verbo *repurgandi*. Vide infra 57, 14. DEI NOSTRI. Ego dixi: *Deo nostro*, quia ita exigit *lamed*, alioqui non adeò manifestum erat quòd Deus ipse in carne adveniret, cujus adventus et timbas ministerii legalis pelleret et reconciliationem faceret.

VERS. 4. — EXALTABITUR, HUMILIABITUR. Futura pro imperativis accipi; quod Hebræis familiare est, ut sint hæc veluti explicatio superiorum, scilicet quo pacto sint *viæ parandæ, repurgandæ seu rectæ faciendæ*, videlicet ut nimis depressa repleta eleventur, et montes deprimentur, etc., quæ singula non est opus explicare: sed in summâ intelligere oportet, velle Dominum nihil invenire quod oculis ipsis displiceat. Neque aliud est quod Joannes prædicabat, nempe ut *penitentiam agerent* et pravitatem morum emendarent. Vide prædicationem Joannis, quæ pro commentario hujus loci deserviet. PRAVA IN DIRECTA. Sensus reddere curavit. Nomen *acob* à verbo, quod est *supplantare* seu *subvertere*, notat quod calcatum ruere

facit, et quod non satis vestigia sinat firmare; et *asperitas* dici potest. De corde quidem hominis Jer. 17, dicitur; ubi etiam Vulgatus *pravitatem* reddidit. Ex opposito autem ejus significatio deprehenditur, nempe *mischor*, quod *plantium* notat, Deut. 5, 1 Reg. 20, etc., idè quæ ad æquitatem in moribus transferuntur, ut in Psal.: *Virga æquitatis virga regni tui*. Ergo *acob* respondet nostro nomini *asperam, inæquale*; et translatum ad cor significat *difficile ad penetrandum intelligentiâ, infidum, non sibi constans*, etc. ASPERA IN VIAS PLANAS. Sensus reddidit; ego verborum significationes retinui. Et idem ferè est quod præcedenti membro dicitur. Elationes enim quæ in viis sunt, difficilem faciunt ingressum.

VERS. 5. — REVELABITUR, etc. Puto in his verbis contineri rationem quare debeant *viæ præparari*, et quare *penitentiam agere* dignum esset, nempe quòd instet *revelatio seu manifestatio gloriæ Domini*. Nam Joannes in prædicatione suâ hoc ipsum pro causâ adducebat: *Appropinquant enim regnum cælorum*. Quid autem est *regnum cælorum nisi manifestatio gloriæ Domini?* Nunquàm sic conspicua facta est gloria Domini quàm cum mundo apparuit Deus homo factus. Olim nebula seu fumus è cujus medio emicabat ignis, et audiebatur vox Domini, *gloria Domini* dicebatur: quidni ergo *Deus in Christo mundum reconcilians sibi, et opera faciens quæ nullus unquam fecit*, et divinam exerens potentiam, *gloria Domini* dicitur? Annon quando aquam in vinum convertit, eò quòd divinam potentiam manifestavit, dicitur in Evangelio *manifestasse gloriam suam?* Vau ergo initio versus pro rationali particulâ accipio, q. d.: *Revelabitur enim, seu conspicua erit, aderit, omnium oculis patebit, etc.* Nisi quis velit dicere in illâ conjunctione et non solum causam tanti apparatus explicari, sed etiam rerum consecutionem atque cognationem; quasi habeat morum correctio oculos ad divinam gloriam videndam et intelligendum mysterium Christi, quibus caret mundani. ET VIDENT OMNIS CARO PARITER. Quia quantum ex se erat, omnium oculis erat exposita illa humanitas, oculis, inquam, carnèis. Gloria quoque Evangelii et lux illa veritatis per totum orbem diffusa est et omnibus innotuit qui non dilexerunt magis tenebras quàm lucem, et qui non commiserant ut *deus hujus sæculi excæcarent mentes eorum, ne fulgeret illis Evangelium gloriæ beati Dei*. Quid OS DOMINI LOQUITUR EST. Si hi relative accipias, ut interdum consuevit, pro *ascher*, ut Gen. 4, et Exod. 15, Jos. 17, Ps. 71, etc., sensus erit: *Videbit omnis caro verbum Dei*. Si autem pro quòd, ut frequenter accipitur, sensus erit: *Videbit omnis caro quàm sit Deus verax, quomodò adimpleat quæ promisit*; q. d.: Omnibus fiet manifestum, quæ ego et ceteri prophete vobis promittebant, fuisse promissiones Dei. Videbunt itaque et intelligent Deum esse qui illa promittebat, cum veritatem promissorum, nempe Deum ipsum in carne, oculis suis conspiciant. Vel possumus sic distinguere: *Et videbit omnis caro, videlicet gloriam Domini; quia os Domini locutum est*. Pro hoc versu quinto Lucas

c. 5, tantummodò habet: *Et videbit omnis caro salutare Dei*. Salus enim seu salvator erat illa gloria Dei.

VERS. 6. — VOX DICENTIS, vel, vox dicens. Audiebat Isaia quempiam dicentem id quod sequitur. Et hoc facit ad id quòd suprâ dixerat, præcipere Dominum ut ministri verbi populum consolarentur, populum scilicet Dei et electos ejus. Alioqui populo illi quid consolationis erat, cessare carnale ministerium templi, *arescere et emarcescere florem?* Verum quia ad electos erat sermo, ad consolationem hæc faciunt; et, ni fallor, tria illa quæ v. 2, propheta promittebat, ad duo reducebantur, nempe cessationem ministerii legalis, et reconciliationem cum Deo; et quidem adventus Joannis et prædicatio ejus præcipuè utrumque continebat atque confirmabat. Isthæc autem vox quam audivi propheta abolitionem gloriæ carnalis populi Israelitici videtur continere. ET DIXIT. Hebr. et dixit in tertiâ persona. Ego certè cum punctis participii legendum puto, sicut primo loco, quasi dictum sit: *Vox dicentis: Prædica; et vox dicentis, id est, respondentis: Quid prædicabo?* OMNIS CARO FENUM, vel *gramen*. Totus cultus Israelitici populi, totumque illud legale ministerium, si quæ oculis cernuntur tantum consideres, si circumcisionem carnalis, si purificationes, si justificationes à carnalis immunditatis significatione spoliæ, universaque hujusmodi secundum se consideres, cum caro sint, et spiritu careant, feno merito ea conferes. Idque in auribus Judæorum carnalium prædicæ necesse est, qui salutem sibi per hujusmodi legis opera citra fidem et absque Christi merito constare putant. Neque novum est, justificationis sui ritus legis carnem seu carnalès dici. Lege Paulum ad Hebr. 9, 10, videlicet quæ ita ab Apostolo appellari, et ad tempus fuisse instituta, tanquam pagdagogiam. Ergo hæc eadem ratione feno seu herba comparantur, quòd ad tempus tantum erant; vel potius quòd ita considerata ut Judæi, qui in carne gloriabantur, volebant, nullus essent efficacitæ aut virtutis. Non solum autem ministerium ipsum caro dicitur, sed ipsi Judæi, qui his carnalibus ritibus confidebant, hoc loco *carnis* nomine censendi sunt. Quòd autem gloriarentur in carne, vide Phil. 3. ET OMNIS GLORIA EIUS. Nomen *casad* Græci ferè semper nomine *tax*; vertuntur; Paulus nomine *charitatis* et *dilectionis* reddidisse videtur, denique non rarò pro *sancitate* seu *bonitate* usurpatur. Certè locus Ose. 6, hunc videtur explicare: *Quid faciam tibi, Ephraim? Quid faciam tibi, Jehuda? Misericordia vestra ut mube matutina, et sicut ros manè pertransiens*; ubi est hoc ipsum nomen. Et mox iterum eis obijcit quòd *casad* velit ab eis magis quàm *holocaustum*; quem locum adduxit Dominus Matth. 9, ubi interpretes Mathæi nomine *tax*; reddidit. Non dubium autem quin de affectu illo eo loco Dominus loquatur quod erga miseros peccatores tangitur, quo eos non dedignemur, sed potius suscipiamus, ut eis remedia impendamus, tanquam infirmis et ægrotis medicis. Judæi autem justificationibus et ritibus carnalibus contenti fidem, misericordiam, etc., quæ potissima erant, non curabant.

Quare quid eis Dominus sit facturus pro prophetam; quid enim faceret impiis et crudelibus? *Misericordem etenim se solet Deus exhibere iis qui misericordes sunt*; at *misericordia et pietas* apud Judæos rarissima ac tenuissima erat, veluti nebula matutina, quam sol adveniens dissolvit. Quid igitur superaret nisi ut duriter cum eis ageret? Idem omninò hoc loco eis prædicare jubet, quòd *universa eorum pietas*, illorum videlicet qui in carne gloriabantur, esset *veluti flos agri*, et exigui admodum temporis: non igitur mirum quòd universa auferrentur et cessarent. Quod-que majus momentum habet, ipse Petrus Apostolus hunc locum adducens nomine *δὲξ*; reddiderit, non te conturbet: nam licet nomen *casad* reddiderit, non designat, designat tamen *sancitatem*, quâ illi tum gloriabantur, cum tamen solum ejus speciem, non autem veritatem aut virtutem, possiderent. Accipium ergo *sancitatem* pro *opinionis justitias*, sicut Dominus in Evangelio eos valentes et justos appellat qui videlicet *Medico non indigerent*, id est, qui se justos et valentes reputabant.

VERS. 7. — QUIA SPIRITUS DOMINI SUFFLAVIT IN EO. Vel potius in eam. Ventus vehemens *fenum* et *excicat* et *flores agri marcescere facit*; ita populum illum carnalem, universamque ejus sancitatem, seu potius sancitatis opinionem, tempestas quæ à Domino orta est delevit, imò et ipse Domini Spiritus veram et solidam sancitatem docens, adeoque efficiens, inanem illam et factuam Judæorum sancitatem tradidit et vilescere fecit. Hæc ita accipienda esse probat quod sequitur: *VERÈ FENUM EST POPULUS*. Non dicit *homines esse fenum* (quamvis verissimè id dici possit) sed *populum*; ut de carnali illo populo, qui absolute nomine *populi* à prophetis dicitur, intelligi oporteat.

VERS. 8. — VERBUM DEI NOSTRI MANET IN ÆTERNUM. Evangelium intelligi cum Petro Apostolo, qui hunc locum adducens, dicit: *Hoc est verbum quòd evangelizatum est vobis*; quo intelligimus promissiones verbo Dei expressas, et justitiam Evangelicam, adeoque populum ipsum Christianum, qui verbo Dei adheret, et eam tantum justitiam veram esse credit quam vera verbi Dei intelligentia et interpretatio probat. Hanc autem intelligentiam et interpretationem habet omniū Patrum consensu, et traditione ipsorum, universalique totius Ecclesiæ approbatione (qui enim illos audivit, Deum audivit), non à sensu uniuscujusvis hominis, ut volunt novi hæretici, qui à verbo Dei excludunt traditiones Patrum et Ecclesiæ interpretationes, suas autem nobis obtrudere volunt pro verbo Dei. Quare illi sunt qui Deum spernunt, quia sanctos Patres spernunt.

VERS. 9. — Ubi stabilem et solidam semperque mansuram sancitatem, quæ Evangelio ac verbo Dei atque ejus ecclesiasticâ explanatione continetur, explicavit, jam propagandum Evangelium, et *verbum Domini de Jerusalem*, id est, Ecclesiâ *existuram prædicat*: ipsamque Ecclesiam induci *evangelizatricem*, ut insinuet illam tantum esse Evangelii prædicationem

quam Ecclesia Christi approbat, et quæ consentiente matre Ecclesia, imò iubente, sit. Penes ipsam enim mansit potestas et iudicium et iudicium de doctrinâ, relinquitur heretici. Cùm verba autem et participium *mebasareth* sint feminina, non dubium quin de Sion et ipsa *Jerusalem* sit sermo, et quæ, non qui, sit legendum. Malui autem per nomen *evangelizatrix* reddere, ut munus et officium ipsius Ecclesie significarem. SUPER MONTEM EXCELSUM. Cùm Sion in monte esset, satis ostendit non de illâ Sione esse sermonem. Hæc autem, nempe *ascensus in excelsum montem, vocis exaltatio, et depositio metus*, nihil aliud notant quàm Evangelium magnâ cum aviditate et animi contentione totisque viribus et intrepidè esse denuntiandum. Hoc illud erat quod in Evangelio Dominus dicebat: *Ita in mundum universum, prædicate Evangelium omni creature; et illud: Nolite timere eos qui occidunt corpus, et; et rursus: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, etc.; et: Ecce do vobis os et sapientiam cui non poterunt resistere omnes adversarii vestri; et rursus: Quæ in aure audistis, prædicate in tectis.* Atque ita eos fecisse S. historie Ecclesiasticæ narrat. DIC CIVITATIBUS JUDÆ. Cæteras Ecclesias et congregationes ab unâ pendere, et illius prædicationi auscultare debere, vel hic locus satis ostendit; rumpantur licet heretici. ECCE DEUS NOSTER. Vester legendum est. Materia prædicationis est Christus Dominus. Neque enim Paulus se *aliquid prædicare dicebat quàm Jesum Christum et hunc crucifixum*. Tanti autem ponderis erat, tamque dignum at mundo innotesceret Filium Dei in carne venisse, ut meritò *montem concedere et vocem exaltare* jussisset, ac *metum omnem depellere*. Quare, ut ego quidem sentio, qui perfunctoriè aut mollior aut trepidè Evangelium prædicant, adhuc quæ sit dignitas Evangelii ignorant. Qui etiam aliud quàm fructum Evangelii in prædicatione quaerunt, adhuc quantum sit herum et quante dignitatis Christum annuntiare non intelligunt. Deum legitimi præcones Evangelii deferunt, Deum offerunt, Deum dant; quid huic dignitati potest conferri?

VERS. 10. — IN FORTITUDE VENIET. Cum fortitudine, vel firmitudine, et obfirmato animo, quasi omnem difficultatem evicturus, et omnem potestatem extollentem se dejecturus, ut reducat inobedientes ad obedientiam fidei, et debellet universam tyrannorum potentiam. Hæc includit nomen *carag*. BRACHIUM EJUS. Præcedenti membro nomina posuit quæ non nisi Deo per essentiam competere poterant, ita conjuncta, *Adonai, Jehova, Sustentator ille, qui est. Adonai* enim interdum creaturis tribuitur, *Jehova* autem nunquam nisi vero Deo; neque conjuncta simul alteri competere possunt, ut Christum per essentiam Deum intelligamus; sed et humanitatem ipsius in *brachio Dei* accipio, per quam veluti quibusdam brachiis omnem inimici potestatem debellavit, adeò ut loco ipsius homo *Jesus* adoretur at mundo, DOMINABITUR. In Hebræo additur pronomen *sibi*, quod meritò Vulgatus omisit. Addunt enim hujusmodi pronomina cum omnibus

verbis; sicut paulò antè: *Ascende tibi in montem, etc.* Nisi velis hoc loco dicere virtutem brachii insinuari, quòd *sibi potestatem et imperium pepererit, et præcedentiam sibi vindicaverit*; quæ sensum in versione meâ expressi. ECCE MERCES EJUS. Quin *secar, merces* sit quæ pro operis redditur non dubium; at *phœulah*, interdum ipsum opus seu operationem designat; Prov. 10: *Opus justi ad vitam, etc.* interdum autem ipsam mercedem quæ pro opere redditur; unde pro verbis Levit. 19: *Non pernoctet phœulah mercenarii tecum usque manè*, habetur Deut. 24: *Non pernoctet secar, ut pro eodem accipi manifestum sit.* Quare hoc loco idem bis dici existimo; quod familiare est prophetis. Dupliciter autem hoc accipio; vel ut his verbis circumloquatur ingens studium quo operi redemptionis intendit Dominus noster Jesus Christus. Qui enim præmium et mercedem laboris coram habent, amovet laborant; quemadmodum *Jaacob*, qui propter errorem quo depræbat *Rachelem* leve ducebat multorum annorum famulatum. Unde de Domino dicebat Apostolus quòd *proposito sibi gaudio mortem sustinuit confusione contemptâ.* Vel certè hæc ad sequentia referantur, ut *mercedem et opus* appellet propheta ipsos fideles, et *oves quas ei Pater tradidit*; ut sit allusio ad *Jacob* pastorem, ut mox seq. versu videbitur, qui coram se ducebat uxores, liberos et greges ovium, quæ omnia meritò *mercedem et opus* suum dicere potuisset, quia in præmium laboris sui omnia illa acceperat. Profectò *merces* laboris et mortis Filii Dei fuerunt fideles, quos secum ad Patrem reduxit Dei Filius. Hæc est ejus *hereditas*, ut in Ps. legimus: *Postula à me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ.* Ac de eo dicitur quòd ad hoc venit ut multos filios secum adduceret.

VERS. 11. — SICUT PASTOR. Ne quis putaret armis et bello Christum imperium in terrâ obtenturum et more aliorum regum propagaturum, ubi penes ipsum imperium orbis futurum dixit, mox enim ut *pastorem* inducit, ut pastorale imperium ejus potius quàm regale intelligeres, curaque et dilectione erga homines effecturum quod nemo alius armis efficere potuisset. IN BRACHIO SEO CONGREGABIT AGNOS, id est, brachiis complectetur agniculos, quos oves in montibus et procul à caulis edunt, sicut solent pastores. Idemque mox notat cum ait, *in sinu suo levabit, id est, deferet.* Eandem quoque curam et affectum continet quod sequitur. FORTAS IPSE PORTABIT. Seu *deducet*, id est, sensim ambulare faciet quæ ventrem gerunt et gravida sunt; hoc enim puto significare *aloth* participium plurale, vel etiam *partu recens exoneratas et lactantes*; quasi sit significatio à verbo *alah ascendit*. Vide Gen. 55, et 1 Sam. 6. Ergo *lactantes* hic vel *fatias* dicere possumus; quòd eas ita deducit ut non magna itinera conficiant, aut nimis properent, id quod cavet optimus pastor *Jaacob* Gen. 55, ad quem hoc loco allusisse mihi videtur *Isaias*; figura enim fuit replemporis nostri, qui se in Evangelio optimum pastorem esse ostendit, quòd *animam ponat pro ovibus suis*. *Jaacob* autem ille gelu et aestu urebatur, et ut

lupos arceret at gregibus noctes ducebat insomnes. Vide apud *Ezechielem* quo pacto munia boni pastoris se impleturum promittit. Deus. Recole etiam parabolam in Evangelio de ove perditâ et humeris impositâ. Curam itaque et prudentiam et dilectionem in Christo Domino hæc nobis commendant; et ut eadem ministri Christi exhibeat semper optabo.

VERS. 12. — QUIS MENSUS EST, etc. Quorsum hæc nunc de potentia et sapientia Dei à Propheta dicantur, infra, v. 27, apparebit. Nimirum quia infidelium mentibus et iis qui ignorant Deum, quales erant *Judæorum* plurim, vix unquam persuaderi potest Deum rebus hominum adesse illasque curare, nihil eum latere, omnia prospicere et omnibus providere (quod quidem quantum distet Deus verus ab aliis, quos passim gentes sibi fingunt, non percipiunt) necesse fuit ut in tam arduo mysterio, adventus videlicet Dei et apparitionis in carne, in locum commune de Dei potentia, sapientia ac providentia excurreret propheta, ut tandem omnem infidelitatem sui diffidentiam à mentibus hominum avelleret, et ut Deo fidenter persuaderet. PUGILLO. Deum *Aquas* maris ita continere potentia sua significat sicut quæ homo pugno seu pugillo continet; imo tantam aquarum molem, potentia Dei collatam, esse rem aëb parvam ut sunt aquæ quas nos volâ seu forcâ manûs continere vel mensurare possumus. Idem quoque intellige de immensitate colorum. TABUS DIGITIS. Hebr., *ternario*. Sensus Vulgatus expressit. Notat autem, Dei virtute totam terræ globum ita in aere sustineri tanque facili negotio sicut ea quæ nos tribus digitis è terrâ librâta sustinemus. APPENDIT. Propria verbi *koul* significatio est *sustinere*, ut apparet ex affini ejus *iakal*, et ex *Mal. 5, Jer. 6, et 20, Joel. 2*. Græci habent verbum *ὑποσῆμι*, quo aliquoties pro *sustinere* et *posse* utuntur. 2 Cor. 10: *Non enim sustinemus conferre nos cum quibusdam, etc.* et voce propemodum cum Hebræo congruit. MOLEM TERRÆ. Hebr., *pulverem terræ*. Ita totam terræ molem Deus continet veluti si quis extremis digitis paululum pulveris capiat. In *pondere phæles* propriè regula est ex cuius extremitatibus lauces pendunt, et pro ipsâ librâ capitur. De verbo diximus supra *Jes. 26*. *Semitam justi regulabis*. IN STATERA; *oson, auris* est; *hinc mozenaim, duæ aures*, id est, *bilanz* metaphoricè.

VERS. 15. — QUIS ADJEVIT; *thikken*. Hoc ipsum verbum superiori versu Vulgatus, verbo *ponderandi* reddidit, sicut et Prov. 16: *Spirituum ponderator est Dominus, et Prov. 21, verbo appendendi, et 24, inspectorem cordis dixit*. Significat itaque propriè verbum hoc certò *metiri, pensitare, penitus perpendere*, et Græcis tantumdem significat, *ἀναξιμο, διjudico*. Unde Apostolus, 1 Cor. 2, et Rom. 11, reddidit: *Quis cognovit Spiritum Domini?* id est, quis penetravit mentem Domini, ut rationes suarum operationum possit intelligere? Inaccessibilis planè est Dei sapientia. Nam cum sit *amictus lumine sicut vestimento*, repercutitur mentis nostræ acies, neque lucem illam potest intueri. ACT QUIS CONSILIARIUS. Hebr., et *tir consi-*

limum suum scire eum faciet; ubi isch, pro mica accipitur, ut certè repetenda est interrogativa particula *mi quis vir*. *Scire aut facere vel denuntiare consilium* est Hebræis consiliarium esse, et ita reddidit etiam Apostolus.

VERS. 14. — ET INSTRUIT EUM. Græci, et ostendit ei. Sensus planus est. Sapientissimi quique viri et reges alios solent adhibere in consilium. Nam, ut est apud Sapientem: *Ubi multi consiliarii, tibi sanitas*. At quinam, inquit, sunt Deo consiliarii, qui ei aliqui in mentem revovent, vel aperiant? etc. Ergo sapientia omnes superat.

VERS. 15. — ECCE GENTES, etc. Posset quis piam dicere: Etiamsi nullius consilio indigeat Deus, et omnes superet scientia et sapientia sua, homines tamen, quasi quidam terreni dii, ab eo magni aestimabuntur, habereque videtur gentes unde sibi placeant, etc. Hanc objectionem etiam elidit. MOMENTUM. Nomen *schdcaq* notat levitatem, et sumitur hoc loco pro tenuissimo pulvere in lances incidente, qui nullius est ponderis. Non raro autem pro nube accipitur. Deut. 55, Psal. 89, pro *athere* videtur accipi. INSULE QUASI PULVIS. Nomen *daq*, id est, *tenue*, nunc adjective, ut supra 25, *pulvis tenuis*, Levit. 16, *suffimento tenui*, etc., nunc substantive Levit. 5: *Aut tenue, aut macula in oculo*, id est, *nubecula*; et infra, ubi dicitur, *qui extendit tanquam daq celos, ubi pellem vertunt, tenem nebulam* dicere possumus; et eodem modo hic accipiendum putarem. EXIGUIS. Quòd ratione Vulgatus verbum *itol*, ut nomen accepit ignoro; hoc loco ego potius putarem esse à verbo *talal* geminato quàm à verbo *tol*, et *operire* potius quàm *proicere* significare, quasi scribatur *Fatol*. Insule autem sæpissime nebula operiuntur; ad hanc ergo naturæ consuetudinem alludens propheta dicit facile esse Deo insulas omnes submergere ac si illas nebula operiret. Nomine verò *insularum*, ut sæpè dixi, intelligit remotissimas regiones quas per mare adire solebant, ut erant *Græcia, Italia, Hispania, etc.* Non tamen reprehendo qui verbo *proicendi* hic transferrent. *Projectus autem pulvis* est, quod Vulgatus dixit, *pulvis exiguus*.

VERS. 16. — NON SUFFICIENT, Hebr., *non sufficientia accendere*. Sensus manifestus est. Si quispiam Deum colendum putet, et pro dignitate illi vellet sacrificia offerre, quæ juxta devotionem offerentis et placere Deo volentis solent multiplicari, universæ arbores quas profert *Libanus* ad ignem non sufficient, neque pro victimis universa quæ nutrit *animalia*. Hic locus et Dei majestatem et sanctitatem continet, et quàm ab aliis diis distet ostendit. Infinitus est, neque adæquare ejus dignitatem nisi ipsemet potest. Quare holocaustum unicum illud, quo unigenitus Dei Filius seipsum in arâ crucis obtulit, effectus quod totus *Libanus*, imò neque totus orbis, si offerretur, effecisset. Erat enim Deus Deo æqualis is qui offerebatur et qui offerret. HOLOCAUSTUM. Hebræi ita vocabant quòd elevaretur super altare, odorque ejus in altum ascenderet in conspectu Dei. Erat autem typus veri et per-

fectissimi holocausti Christi, qui exaltandus erat in cruce, et charitatis igne quasi exurendus pro peccatis hominum.

VERS. 17. — QUASI NIHILUM *ephes*, quod defectum sui cessationem notat Hebraeis, interdum est *nihil, nihilum*; cum prepositione autem *mem*, quae interdum comparationibus deservit, valet *plus quam nihilum*. Haec vera sunt, si naturam hominiis naturae divinae conferas; ut vel hinc colligat homo quantum Deo debeat, et quam merito exclamet propheta: *Quid est homo, quod memor es ejus, vel quia reputas eum?* Quid dicemus nos, qui Deum pro homine hominem factum videmus? Certè si homo est *plus quam nihilum*, verè dictum est: *Et ainavit semetipsum, formam servi accipiens*; erat enim verus homo.

VERS. 18. — CUI ERGO ASSIMILABITIS. Cum potentiam Dei, sapientiam, majestatem ac sanctitatem commendare, videbatur propheta id eo animo facere ut in fabricatoribus et cultores sculpturam invehiret. Sed quantum ego judico, hoc quidem cursum facit; verum hinc tendit tota oratio, ut fiduciam in Deum, ut dixi, suadeat. Quae conclusio vers. 27 et seq. continetur. Faciunt ergo haec ad eandem Dei majestatem commendandam, ac si ad hunc modum dicerentur: *Majestas Dei omnia humana superat; et homines ipsi, si Deo conferantur, nihil sunt. Quare insani sunt qui cumque putant posse se Deum fingere, sive auro, et argento, ut faciunt divites; sive ligno, ut faciunt pauperes. Nam nunquid non omnibus notum est, jam à mundi principio, quo pacto et quo auctore hic mundus prodierit? Equis ignorare poterit Deum terrae et caeli et factorum mundi hoc apud homines constitit, Deum esse auctorem totius mundi? Quid hinc colligat mox inferet.*

VERS. 22. — QUI SEDET SUPER GRUM, etc., id est, is certè est qui insidet horizonti terrae; et cum in alto sedeat, homines humi degentes sunt locustis similes coram ipso, etc. VELUT NIHILUM COELUS, vel, ut *rebulam, daq.* Vide supra v. 15. Est autem hoc loco verbum *natah*, quod interdum est idem quod *raca*, quo usus est supra vers. 19, de *extensione laminarum*; et utroque infra 42, 5, indifferenter utitur. Verum quia et multis aliis locis Deus dicitur *extendisse caelos*, in quibus omnibus allusio est ad locum Genesios: *Fiat extensio in medio aquarum, etc.* ubi Vulgatus Graecos secutus *firmamentum* interpretatus est; de quo loco quia est inter viros doctos haud vulgaris controversia, non omnino praeter rem facere videbor si hoc loco, ubi Dominus dicitur *extendisse velut nebulam caelos, et veluti tentorium ad habitandum*, si qua fuerit illa *extensio* aliquanto diffusius explicavero, praesertim cum ex istius loci intelligentia multo loci S. Scripturae fiant faciles. Verbum igitur *raca* nihil nisi *extendere* seu *expandere*, nomen verò *rebia* *extensionem* seu *expansionem* significare, loci in quibus verbum reperitur satis aperte ostendunt. Ergo cum initio Deus mundum crearet, primò supremum caelum simul cum terrà et abisso, id est, immensae aquarum mole, quae quidquid erat inter caelum illud et terram occupabat, eum fecisse non dubito; deinde jussisse ut in medio aquarum floret expansio quaedam et spatium,

cap. 9. At *therumah* est nomen *oblationis*, et appellationem habet ab *elevatione in altum*. *Levandam* dicere posses, Exod. 25, et 29, etc. Ergo ad verbum sic esset reddendus locus: *Namquid pauper levandum ligum quod non putrescat, eliget, id est, nunquid si quis aurum et argentum non habet, ligum offerat, et Deo velit dicare, ut ex illo sapiens faber simulacrum constituat, etc., putabiturne Dei ingenium expressisse? ARTIFEX SAPIENS QUERIT QUOMODO CONSTITUTUM, Vel artificem sapientem quaerit sibi ad constituendum, etc.* Haec planè consuetudo erat ut quisque juxta facultatem suam deos sibi fabreficeret, hic aureos, ille argenteos, iste ligneos. Pauperi autem, ut vides, hic tribuit studium *quaerendi artificem sapientem* qui sibi ex ligno incorruptibili Deum efficiat, quasi hac diligentia velit pensare materiae vilitatem. Adè insita animis hominum est religio, ut Deum habere propitium, imò et praesentem ac familiarem, quaerant. Quid non moveatur. Saepè Hebraeis deest relativum, sicut hoc eodem versu, *quod non putrescat*. In utroque loco supplendum est, ut in hoc fecit Vulgatus. Volunt itaque Deum stabilem, non solum qui non corrumpat, sed qui non putrescat, qui non intereat, cuius religio non labefactetur. Quae tamen ab auro et argento et ligno expectare impium et stultum est.

VERS. 21. — AB INITIO, *merosch, à capite*; et de tempore interdum dicitur; Prov. 8, infra 41 et 48. FUNDAMENTA TERRE, id est, bonae jam olim notum vobis factum est, à quo habuerit mundus hic initium, et quid jecerit fundamenta orbis? Nonne ab initio mundi hoc apud homines constitit, Deum esse auctorem totius mundi? Quid hinc colligat mox inferet.

VERS. 22. — QUI SEDET SUPER GRUM, etc., id est, is certè est qui insidet horizonti terrae; et cum in alto sedeat, homines humi degentes sunt locustis similes coram ipso, etc. VELUT NIHILUM COELUS, vel, ut *rebulam, daq.* Vide supra v. 15. Est autem hoc loco verbum *natah*, quod interdum est idem quod *raca*, quo usus est supra vers. 19, de *extensione laminarum*; et utroque infra 42, 5, indifferenter utitur. Verum quia et multis aliis locis Deus dicitur *extendisse caelos*, in quibus omnibus allusio est ad locum Genesios: *Fiat extensio in medio aquarum, etc.* ubi Vulgatus Graecos secutus *firmamentum* interpretatus est; de quo loco quia est inter viros doctos haud vulgaris controversia, non omnino praeter rem facere videbor si hoc loco, ubi Dominus dicitur *extendisse velut nebulam caelos, et veluti tentorium ad habitandum*, si qua fuerit illa *extensio* aliquanto diffusius explicavero, praesertim cum ex istius loci intelligentia multo loci S. Scripturae fiant faciles. Verbum igitur *raca* nihil nisi *extendere* seu *expandere*, nomen verò *rebia* *extensionem* seu *expansionem* significare, loci in quibus verbum reperitur satis aperte ostendunt. Ergo cum initio Deus mundum crearet, primò supremum caelum simul cum terrà et abisso, id est, immensae aquarum mole, quae quidquid erat inter caelum illud et terram occupabat, eum fecisse non dubito; deinde jussisse ut in medio aquarum floret expansio quaedam et spatium,

VERS. 21. — AB INITIO, *merosch, à capite*; et de tempore interdum dicitur; Prov. 8, infra 41 et 48. FUNDAMENTA TERRE, id est, bonae jam olim notum vobis factum est, à quo habuerit mundus hic initium, et quid jecerit fundamenta orbis? Nonne ab initio mundi hoc apud homines constitit, Deum esse auctorem totius mundi? Quid hinc colligat mox inferet.

VERS. 22. — QUI SEDET SUPER GRUM, etc., id est, is certè est qui insidet horizonti terrae; et cum in alto sedeat, homines humi degentes sunt locustis similes coram ipso, etc. VELUT NIHILUM COELUS, vel, ut *rebulam, daq.* Vide supra v. 15. Est autem hoc loco verbum *natah*, quod interdum est idem quod *raca*, quo usus est supra vers. 19, de *extensione laminarum*; et utroque infra 42, 5, indifferenter utitur. Verum quia et multis aliis locis Deus dicitur *extendisse caelos*, in quibus omnibus allusio est ad locum Genesios: *Fiat extensio in medio aquarum, etc.* ubi Vulgatus Graecos secutus *firmamentum* interpretatus est; de quo loco quia est inter viros doctos haud vulgaris controversia, non omnino praeter rem facere videbor si hoc loco, ubi Dominus dicitur *extendisse velut nebulam caelos, et veluti tentorium ad habitandum*, si qua fuerit illa *extensio* aliquanto diffusius explicavero, praesertim cum ex istius loci intelligentia multo loci S. Scripturae fiant faciles. Verbum igitur *raca* nihil nisi *extendere* seu *expandere*, nomen verò *rebia* *extensionem* seu *expansionem* significare, loci in quibus verbum reperitur satis aperte ostendunt. Ergo cum initio Deus mundum crearet, primò supremum caelum simul cum terrà et abisso, id est, immensae aquarum mole, quae quidquid erat inter caelum illud et terram occupabat, eum fecisse non dubito; deinde jussisse ut in medio aquarum floret expansio quaedam et spatium,

aeris nimirum aetherisque regio, quae esset media inter aquas et aquas. Nam ex aquis factos caelos qui sub illo alio caelo primo sunt existimo, qui *aquarum* nomine in Scripturis appellantur. Iste enim sunt *aquae super caelos*; nam super aërem et expansionem illam sunt quae etiam *caelum* dicitur. Hoc mihi manifestè confirmant verba Davidis, qui in Psalmo ubi ordine creationem rerum attingit, dicit Deum *extendisse caelum sicut pellem*, id est, tentorium; quando videlicet intervallum et aeris extensionem fecit aquarum rarefactione; ejus tentorii superiora dicit *operuisse aquas, seu contingisse*; quasi huic mundi tabernaculo, ceu amplissime domui, pro tecto dederit aquas, non quidem fluidas sed constipatas et condensatas atque in solidissimam naturam conversas. Ut isti omnino sint caeli quos Petrus *ex aquis existisse* dicit, et fortè qui in die iudicii sunt calore solvendi. Est itaque triplex caelum, ut mea fert sententia; aëreum primum, quod aquas atque terram ambit. Post hoc est caelum ex aquis genitum et in orbem illos quos astrologi agnoscunt divisum. Tertium demum, quod est sedes beatorum, ad quod Paulus se *raptum fuisse* commemorat; quod *caelum caeli* dicitur seu *caelorum* (in Hebraeo enim non nisi numero multitudinis dicitur caelum) et proprie *caelum*, quodque primò *caelum* dictum fuit; quo nomine postea secundum et primum dicitur sunt. Hunc ordinem videtur David significasse quando Ps. 148, ordine creaturas ad Deum laudandum invitans, primò *angelos* et spirituum *exercitus ex caelis* provocat ad laudes Dei; deinde *caelos caelorum*, id est, supremum caelum; subinde *aquas quae super caelos sunt*, id est, caelos ex aquis factos, qui aëreum caelum operiunt. Quem etiam ordinem tres pueri in suo cantico servarunt. Haec mihi videtur de hac re simplicissima et clara sententia; quam qui voluerit tueri, faciliè se ab omnibus quae obijci solent difficultatibus expediet, quibus involvuntur qui aquas elementales super caelos collocant; quorum opinionem superioribus diebus doctè confutavit Hieronymus Magius Anglensis, in libris *De conflagratione orbis*, quos multa cum diligentia conspexit. Sed ad prophetam redeo, qui ut vires ac potentiam Dei ex visibilibus rerum contemplatione amplificaret, dicit, Deum tam facili negotio caelos extendisse quam quisquam tentorium solet extendere ut sub eo se recipiat.

VERS. 25. — SECRETORUM SCRUTATORES. *Rhozenim*, quantum ex locis Scripture conjicere possum in quibus hoc nomen reperitur, significat *eos qui proximum locum post regem obtinent*, quales sunt consiliarii, legumlatores, etc. Conjungitur ferè semper cum nomine *Regum*. Si etymologiam spectes, videtur sic dicti quod gracilem habeant seu subtilem sensum in iudicandis negotiis et in decidendis causis forensibus. Interdum tamen apud Hebraeos quosvis *principes* designat. Prov. 8, *conditores legum* vertit Vulgatus, sicut hic *secretorum scrutatores*. Abac. 1, 10, *tyrannus vertit*. VELUT INANE, etc. Potentiam Dei in regnum et principum perditione celebrat, qui mortalibus solet esse terrori.

VERS. 24. — ET ENIM NON PLANTASTUS, id est, reges et tyrannos statim initio imperii saepè auferi, et de medio tolli antè quàm prolem generent, non relictà sobole, etc. *nondum, necdum, etiam non*. *Plantastus, satus, verba pluralia sunt Hebraeis; necdum plantati erant, necdum sati, etc.* REPENTE. Sensus doctè reddidit. Ad verb. et *etiam flavit*.

VERS. 25. — ET QUI ASSIMILABITIS ME? Repetit superiorum conclusionem: *Cui ergo assimilabitis me, etc.*, quae tamen non est praecipua et quam primò intendere probare. Sed accipienda sunt haec ut supra admonui. Et adaequatis. In Hebraeis est prima persona futuri; sensus idem est.

VERS. 26. — QUIS CREAVIT HAEC. Vel *hos*, nempe caelos, etc. Qui EDUCIT, id est; qui suis quilibet astra temporibus oriri facit, certè lege dierum, horarum et momentorum numero servato: *moti, sicut faciens*, id est, oriri. Nam et ipse Oriens seu *Ortus Hebraeis moti* dicitur: q. d., *unde ortus, seu exitus*; quia ex ea parte apparere incipiunt sidera et astra. FORTITUDINIS, *on, concupiscentiam* illam *pravam*, et quae ex ea oriuntur saepissime notat; interdum tamen in bonam partem accipitur, ut hic, et infra, v. 29, et pro vi et efficacità, ut de Jacobo. Ose. 12: *In concupiscentia sua certavit cum Deo*.

VERS. 27. — CUM TANTUS TANQUE POTENS AC SAPIENS SUI DEUS TUUS, O ISRAEL, QUI IGITUR EST QUOD DICAS, etc. Hinc tendit tota oratio. DICIS, LOQUERIS. Futura sunt Hebraeis, id est, dicere solus. ASCOSDATA EST, id est, non tangit Deum mei cura: i. e. me nescit, nec quae sit vitae meae ratio intelligit, ac si me penitus meaque res non videret: quantis affligit malis, et qui captivitate premat, ac si ignoret, non curat. JUDICUM MEUM, id est, causa mea, *praeribit à Deo meo*: q. d.: *Deus meus meam causam pertransit, negligit, iudicare non vult*; sive iure sine injurià mecum agant hostes non attendit. Sunt infidelitatis voces et cogitationes, ejus est ingruebitus malis animum despondere. Hanc auferre vult propheta à Judaeorum pectoribus, et fiduciam gignere consideratione Dei potentiae et sapientiae ac bonitatis in eos qui fidem non deserunt in adversis.

VERS. 28. — DEUS SEMPERTERNUS. Ab aeternitate Dei argumentum sumit, quòd impium sit cogitare illum res nostras posse ignorare, praesertim cum ipse orbem totum condiderit, etc. TERMINUS TERRE, sive *extremitates*, id est, quidquid extrematibus continetur, totum videlicet orbem. Potest aut dupliciter legi: *Jehovah est Deus aeternitatis; ipse creavit terminos terrae; non defatigabitur, etc.* vel: *Deus aeternitatis Jehovah non defatigabitur, etc.* NOV DEFICIT, vel non *defatigabitur*. Semper idem est. Qui olim tuarum rerum rationem habebat, nunc quoque habere potest. Non est tædii aut defatigationis capax aut laboris; ut plus olim quàm nunc possit diminutis viribus. Sed neque sapientiam ejus est qui scrutetur. Non est finita, ut eum quidquam nunc fugarit quod olim notum erat, aut cui de novo quidquam possit accidere quò non pertingat ejus intelligentia,

VERS. 20. Et us qui non sunt (1), vel, *illis quibus non sunt, videlicet vires*. Non solum, inquit, ipse non defatigatur, sed defatigatis vires restituit et plurimum roboris suppeditat. Sequentes autem versus affirmant has quas Dominus dat vires longè iis prestare quas natura confert.

VERS. 51. — METABUNT. *Commotabunt, id est, in dies novâ virtute donabuntur*. Huc alludit Paulus quando se fortorem dicebat cum infirmus esset; nam ejus infirmitas virtute Christi pensabatur; et quando dicebat quòd licet exterior homo corrumpetur, interior tamen renovabatur de die in diem. Viletur autem esse metaphora sumpta ab armis, quibus fractis aut reutis alia atque alia accipimus. ASSUMUNT PENNAS.

(1) Id est, qui fessos regit, deficientesque implet virtute. Septuaginta: *Qui dat esurientibus (seu deficientibus) fortitudinem, et non dolentibus marorem*. Eadem hæc sententia elici ex Hebræo potest, si legas *azebah, pro asemah*. Infirmos regit, ac fortes dejicit Deus.

CAPUT XII.

4. Taceant ad me insulae, et gentes mutant fortitudinem; accedant, et tunc loquantur, simul ad judicium propinquum.

2. Quis suscitavit ab Oriente justum, vocavit eum ut sequeretur se? dabit in conspectu ejus gentes, et reges obtinebit; dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam vento raptam arcui ejus.

5. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparbit.

4. Quis hæc operatus est, et fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus et novissimus ego sum.

5. Viderunt insulae, et timuerunt; extrema terra obstupuerunt, appropinquantur, et accesserunt.

6. Unusquisque proximo suo auxiliabitur, et fratri suo dicit: Confortare!

7. Confortavit faber aerarius percussions malleo eum qui eadebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum est; et confortavit eum clavus, ut non moveretur.

8. Et tu, Israel, serve meus, Jacob quem elegi, semen Abraham amici mei;

9. In quo apprehendi te ab extremis terra, et à longinquis ejus vocavi te, et dixi tibi: Servus meus es tu, elegi te, et non abjeci te.

10. Ne times, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortavi te, et auxiliatus sum tibi, et suscepit te dextera justî mei.

11. Ecce confundentur, et erubescunt omnes qui pugnant adversum te; erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt tibi.

12. Quereres eos, et non invenies, viros rebelles tuos; erunt quasi non sint, et veluti consumptio, homines bellantes adversum te;

15. Quia ego Dominus Deus tuus, apprehendens manuum tuam, dicensque tibi: Ne times, ego adjuvi te.

Sensum vertit. Hebræa ad verbum sic habent, *ascendent alâ*. Utuntur autem verbo *ascendendi pro nasci* in quibusvis rebus. Vides quantum gratia naturam superet? *Aquilâ quas avis velocior? Quodnam etiam animal currendo non defatigatur? At qui Deo fidant et intentis in ipsum sunt animis atque oculis, sive volent sive currant, nequaquam defatigabuntur*. Omnia enim possunt in Deo suo, qui eos confortat. Hoc ultimo versu respondet tacite objectioni. Nam dicere possent Judæi: *Quid mihi fortitudinem Dei? quid bonitatem ejus in dando robore magnificas? Ecce nos infirmi et debiles sumus, et res nostræ perditum eunt*. Respondet propheta: *Cum defatigatis dixi vires et robur à Deo concedi, de illis loquebar qui non amittunt sustentantiam (ut loquitur Scriptura) sed toti ab eo pendunt; et dum adversis premuntur, in illum habent fixos animos (hoc enim significare cavah supra cap. 28, diximus). Ergo ne despondatis animum: sed quantumcumque, à Israelite, vestra res sunt deplorata, veniet vobis salus, et apparebit in salutem vestram gloria Domini, etc.*

CHAPITRE XII.

1. Que les îles se taisent, et qu'elles m'écotent; que les peuples raniment leurs forces, qu'ils s'approchent, et qu'après cela ils parlent; entrons ensemble en jugement.

2. Qui a fait sortir le juste de l'Orient, et qui l'a appelé, en lui ordonnant de le suivre? Il a terrassé les peuples devant lui, et il l'a rendu le maître des rois; il les a fait tomber sous son épée comme la pousière, et il les a fait fuir devant son arc comme la paille que le vent emporte.

3. Il les a poursuivis; il a passé en paix sans laisser aucune trace de son passage.

4. Qui est-ce qui a fait et opéré toutes ces merveilles? Qui est-ce qui appelle en leur temps ceux dont il a prévu la naissance dès le commencement du monde? C'est moi qui suis le Seigneur; c'est moi qui suis le premier et le dernier.

5. Les îles ont vu, et elles ont été saisies de crainte; les hommes ont été frappés d'étonnement jusqu'aux extrémités du monde; ils se sont approchés, et ils sont venus.

6. Ils s'entraideront tous les uns les autres; chacun dira à son frère: Prenez courage!

7. Celui qui travaillait en airain en frappant du marteau a encouragé celui qui frappait sur l'enclume en disant: Ceci est bon pour être sondé; et il a attaché son ouvrage avec des clous afin qu'il ne branlât point.

8. Mais vous, Israël mon serviteur; vous, Jacob, que j'ai élu; vous, race d'Abraham mon ami.

9. En qui je vous ai pris des extrémités du monde, je vous ai appelé à moi d'un pays éloigné; et je vous ai dit: Vous êtes mon serviteur; je vous ai choisis pour moi, et je ne vous ai point rejeté.

10. Ne craignez point, parce que je suis avec vous; ne vous détournez point, parce que je suis votre Dieu; je vous ai fortifié, je vous ai secouru comme lui, et la droite de mon juste vous a soutenu.

11. Voilà que tous ceux qui vous combattent seront confondus, et rougiront de honte; et tous ceux qui s'opposaient à vous par leurs contradictions seront réduits au néant, et périront.

12. Vous chercherez ces hommes qui s'élevaient contre vous, et vous ne les trouverez point; et ceux qui vous faisaient la guerre seront comme s'ils n'avaient jamais été, et disparaîtront;

15. Parce que je suis le Seigneur votre Dieu, qui vous prends par la main, et qui vous dis: Ne craignez point; c'est moi qui vous soutiens.

14. Noli timere, vermis Jacob, qui mortui estis ex Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus; et redemptor tuus Sanctus Israel.

15. Ego posui te quasi plastrum triturans novum, habens rostra serrantia; triturabis montes, et comminues; et colles quasi pulverem pones.

16. Ventilabis eos; et ventus tollet, et turbo disperget eos; et tu exultabis in Domino, in Sancto Israel letaberis.

17. Egeni et pauperes quaerunt aquas, et non sunt; lingua eorum siti aruit. Ego Dominus, exaudiam eos: Deus Israel, non derelinquam eos.

18. Aperiam in supinis collibus flumina, et in medio camporum fontes, ponam desertum in stagna aquarum, et terram inviam in rivis aquarum.

19. Dabo in solitudinem cedrum et spinam, et myrtum, et lignum olivæ; ponam in deserto abietem, ulmum, et buxum simul;

20. Ut videant, et sciant, et recogitent, et intelligant pariter, quia manus Domini feci hoc, et Sanctus Israel creavit illud.

21. Propè facte judicium vestrum, dicit Dominus; averte, si quid fortè habetis, dixit rex Jacob.

22. Accedant, et nuntient nobis quaecumque ventura sunt; priora quæ fuerant, nuntiate, et ponemus cor nostrum, et sciemus novissima eorum; et quæ ventura sunt, indicate nobis.

25. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, et sciemus quia dii estis vos; benè quoque aut malè, si potestis, facite, et loquamur, et videamus simul.

24. Ecce vos estis ex nihilo, et opus vestrum ex eo quod non est; abominatio est qui elegit vos.

25. Suscitavi ab aquilone et venit ab ortu solis; vocabit nomen meum, et adduct magistratus quasi lutum, et velut plastes conculcans humum.

26. Quis annuntiavit ab exordio ut sciamus, et à principio dicamus: Justus es? non est neque annuntians, neque prædicans, neque audiens sermones vestros.

27. Primus ad Sion dicit: Ecce adsunt; et Jerusalem evangelistam dabo.

28. Et vidi, et non erat neque ex istis quisquam qui iniret consilium, et interrogatus responderet verbum.

29. Ecce omnes injusti, et vana opera eorum; ventus et inane simulacra eorum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Cum fiduciam in Deum superiori oratione Israelitis persuasisset, hic jam ostendit quantum id sapientius faciunt quam gentes, quæ idolis suis confidunt. Inducit itaque Deum cum gentibus veluti iudicio contentendem, volentemque ut illi causam deorum suorum agant, ut pote quæ muta sint simulacra, et pro se loqui nequeant; suam autem Deum ipsam agentem, cuius sunt istæ voces: TACEANT, etc. Imperativus est: *Cessate ad me, vel silete ad me, id est,*

14. Ne craignez point, ô Jacob, qui êtes faible et humilié comme un ver; ni vous, ô Israël, qui êtes comme mort: c'est moi qui viens vous secourir, dit le Seigneur; et c'est le Saint d'Israël qui est votre rédempteur.

15. Je vous rendrai comme un chariot tout neuf qui foule les blés, qui à des pointes et des dents de fer; vous foulerez et vous briserez les montagnes, et vous metrez en poudre les collines.

16. Vous les vannerez, et le vent les emportera, et la tempête les dissipera. Mais pour vous, vous vous réjouirez dans le Seigneur, vous trouverez vos délices dans le Saint d'Israël.

17. Les pauvres et les affligés cherchent de l'eau, et ils n'en trouvent point; leur langue est brûlée par la soif; mais moi, le Seigneur, je les exaucerai; moi, le Dieu d'Israël, je ne les abandonnerai point.

18. Je ferai sortir des fleuves du haut des collines, et des fontaines du milieu des champs; je changerai les déserts en des étangs, et la terre inhabitée en des eaux courantes.

19. Je ferai naître dans le désert le cèdre, l'épine blanche, le myrte et les oliviers; je ferai croître ensemble dans la solitude les sapins, les ormes et les buis;

20. Afin que tous les hommes voient, qu'ils sachent, qu'ils considèrent, et qu'ils comprennent que c'est la main du Seigneur qui a fait cette merveille, et que le Saint d'Israël en est l'auteur.

21. Venez plaider votre cause, dit le Seigneur; si vous avez quelque chose à dire pour votre défense, produisez-le, dit le roi de Jacob.

22. Qu'ils viennent, qu'ils nous prédisent l'avenir, et qu'ils nous fassent savoir les choses passées; et nous leur prêterons attention, et nous apprendrons d'eux quel doit être leur dernier état; indiquez-nous les événements futurs.

25. Découvrez-nous ce qui doit arriver dans l'avenir; et nous reconnaitrons que vous êtes des dieux; faites du bien ou du mal, si vous pouvez, afin que nous publions votre puissance, quand nous l'aurons vue.

24. Mais vous venez du néant; vous avez reçu l'être de ce qui n'est point; et c'est l'abomination qui vous a faits dieux.

25. Je l'ai appelé de l'aquilon, et il viendra de l'Orient; il reconstruira la grandeur de mon nom; il traitera les grands du monde comme la boue; et il les foulera comme le potier foule l'argile sous ses pieds.

26. Qui l'a annoncé dès le commencement, afin que nous le connaissions? Qui l'a prédit dès le temps ancien, afin que nous lui disions: Vous êtes véritable? Mais nul n'annonce, nul ne prédit, et il n'y a personne qui ait jamais ouï vos discours.

27. Le Seigneur dira le premier à Sion: Voici mes prédictions, et je donnerai à Jérusalem un évangeliste.

28. J'ai regardé, et je n'en ai trouvé même aucun qui eût un avis, ni qui répondit un seul mot à ce qu'on lui demandait.

29. Voilà qu'ils ne sont tous que mensonge; leurs œuvres ne sont que vanité; leurs simulacres ne sont qu'un vide et un néant.

COMMENTARIUM.

silenter et absque omni strepitu me auscultate. Est enim elegantia hebraismi ut uno verbo alienam constructionem tribuant, supplicante verbum cuius constructio exprimitur. Perinde ergo est ac si dicit *Silete, et auscultate me*, id est, silenter attendite, *Issule*. Gentes remotissimas ad quas per mare ibatur sic vocat, ut erant Græcia, Italia, Hispania, etc., per quas universas gentes quæ à religione Hebræorum alienæ erant intelligere oportet. **MOTENT FORTITUDINEM**

NEM. Vide cap. 40, 31. Nos dicemus : *Animum ac vires colligant, ut postquam auferint, fortiter causam deorum suorum agant.* Ordo verborum videtur esse inversus, ut sæpe solent Hebræi scriptores facere. Planus ordo hic fuisset : *Commulent gentes virtutes; accedant : pariter loquatur appropinquemus; tacite auscultent me; tunc loquantur.*

VERS. 2. — *QUIS.* Duobus tantum argumentis ostendit Deus se verum esse Deum, gentes autem fictitious deos colere; et priori quidem sumpto à tempore præterito; posteriori verò à futuro, quod tractat in fine hujus capituli, et sequenti prosequitur. Prius ergo tantum consistit in iis que Deus cum Abrahamo et posteris ipsius egit. *JUSTUM, tsadie, justitiam.* Verum quia de Abrahamo erat sermo, et relativa que sequuntur, ad *virum* videtur referenda, Vulgatus per concretum reddidit. Ego nomen *justitia* retinui per quam justum Abrahamum voluit datâ operâ propheta intelligere, quòd ab eo universa justitia promanârît, et Pater justitia fidel fuerit, de quâ Apostolus ad Romanos pluribus agit. *SUSCITAVIT.* Non solum autem Abrahamum aliud agentem excitavit, sed et in ipso *justitiam* ipsam excitavit seu edificavit. *AN ORIENTE.* Chaldaea ad orientem jacet. *SEQUERETUR se; leragelo, ad pedem suum;* quod aut cum Vulgato possumus accipere; vel, ut pedibus vocantem sequeretur, et pedibus iter conficeret; quod quanto humiliter sonat tantò magis ad augmentum eorum que sequuntur facit, *dedit coram eo gentes, etc.* Cum hominem unum Deo vocanti obtemperantem et veluti pauperem pedibus iter conficientem vidisset, quid magni ab uno hoc homine expectari potuisset, extorret à patriâ, et apud ignotas gentes peregrino? *Audite ergo: Dedit in conspectu, etc.* Repetendum est mi, *quis dedit, vel sic, dedit in conspectu suo gentes, et reges subjecti;* deinde quasi explicaret quod dixerat, *dedit, inquam, gentes quasi pulverem gladius ejus, et arcus ejus subegit reges quasi stipulam vento propulsam.* Atque hæc interpretandi ratio ex ipsâ lingue proprietate et consuetudine desumpta est, etc. De victoriâ autem Abrahæ est sermo quam habes Gen. 14, quam non multò post quam in Palestinam venisset obtinuit. Futura etiam suâ Hebræis pro præteritis, et per præteritum imperfectum aut etiam in præsentem tempore reddi possunt. Sed hoc parvi refert. *DABIT QUASI PULVEREM GLADIO.* Sensus constat secundum proprietatem Hebræe lingue. Nomina *gladii et arcus* in recto accipio, *gladius ejus dedit gentes et reges quasi pulverem, et arcus ejus quasi quisquiliam vento expulsas;* id est, prælio fudit exercitum, et minimo negotio sine suorum sanguine reges vicit.

VERS. 5. — *TRANSIIT IN PACEM.* Hebr., *transiit pax, seu integritas;* id est, integer, incolumis evasit. Nisi malis dicere, Æst adverbium cum verbo, *transiit, seu evasit pacificè, seu integrè,* nemine ex suis amisso. Nam et plur. hujus nominis Jer. 15, sic accipitur. *SEMITA IN PEDIBUS EJUS NON APPAREBIT.* Ad verbum *semita in pedibus ejus non venit.* Sed ego posthabita ratione punctorum que apponere solent Hebræi no-

men *semitæ* cum verbo *transibat* omnino conjugendum puto, deinde suppleendum relativum, quod frequentissimè omittunt, *transiit semitam pacificè quam pedibus suis non ingrediebatur,* id est, quam nunquam ingressus fuerat. Nunquam enim Abraham bellum gesserat, nunquam antea prælium inierat; quo miraculum auget, incolumem et victorem evasisse ex prælio, qui non fuisset unquam belligeratus.

VERS. 4. — *QUIS, etc.* Ille deos patrios reliquerat, idola non colebat; me vocantem fuerat secutus. Dominus solus dux ejus fuit, ut alibi diebat : *Non erat cum eo deus alienus.* Pauper et peregrinus patriam reliquerat; apud exteros peregrinabatur. Quatuor ecce reges cum suis vernaculis debellat. *Quis fecit hæc?* respondet ipse : *VOCANS, etc., id est, is certè qui secula ab initio vocat.* De voce *dor* vide infra, cap. 55. *Vocare autem secula sive generationes sive progenies ab exordio est, ni fallor, quod Paulus vocat regem seculorum,* id est, qui est auctor cunctorum et moderator, qui ab initio universa creavit, et universorum providentiam habet. Quòd si queras quis iste sit; *Ego JEMOVA, inquit, primus, etc., id est, qui ante omnia sum, et quem, quando ultima venerint, invenient; à quo omnia, et in quem omnia.*

VERS. 5, 6. — *VIDERUNT INSULE, etc.* Longinque nationes audientes quanta per unum invisibilis Dei cultorem Deus operaretur, neque enim fame tantummodo credere volentes *propriis accesserunt;* atque sic se rem habere intelligentes, metu et tremore corripiebantur. Nihilominus non despondentes animum mutuo se adhortabantur ut deos suos fabricarentur majiori quam antea studio, ut se religione et cultu deorum defenderent à novæ religionis professoribus, quinimo ut eos quoque, si opus esset, exterminarent. Ubi videt hominum insaniam, qui cum de abjiciendis diis fictitiis consulere debuissent, animam et vires colligunt ut errori antiquo insistant.

VERS. 7. — *CONFORTAVIT FABER ERARIUS.* *Erarium* legerem, nam habet articulum *eth, q. d. Faber fabrum exhortabatur; taore, h est ustor, conflator;* quo nomine vocant Hebræi eum artificem qui conflando et excoquendo aurum, argentum, sive aliud metallum, quidquam operis efficit; *carasch autem fabrum absolute designat, tam qui in lignis quam qui in lapidibus, quam etiam in metallis, operatur.* *PERCUTIENS MALLEO.* Omissis aliorum versionibus, que hoc loco varie admodum sunt (neque enim ipsi rabbi sibi constant), verba Hebræa examinabo, ut, quàm doctè Vulgatus Hebræa expresserit videant qui cum sine causâ flagellant. *Calac* ילקע quidem verbum non *percussere* significat, sed *dispertire.* *Dispertire autem malleo* est diducere in partes laminam, etc. Unde non malè dicit Vulgatus, *percutiens malleo.* Eum qui *CUDEBAT; halem* pro participio verbi accepit Vulgatus *quod conquassare, pulsare,* seu quid simile significat. Nemo autem negare potest eam esse formam germanam participii; neque Pagninus aliâ ratione hanc versionem rejicit quàm quia omnes interpretes Hebræi dicunt non esse participium. Que quantum ponderis

habeat norunt qui quotiens ineptiant rabbi, etiam in grammaticis, non ignorant. Cùm ergo non intelligerent rabbi orationem hanc, finxerunt suo more *halem* esse nomen, et significare rem que *cuclitor, laminam videlicet et bractæas, etc.* Ego certè arbitror Vulgatum rectè pro participio accepisse. Ac constructio plana est hoc pacto. *Faber confortavit conflorem percutiens malleo (vel dispertiens malleator) confortavit eum qui cudebat, etc.* Neque hanc rationem constructionis negare possunt vel ipsi rabbi. Dixerat autem superiori versu quòd *alter alterum confirmaret;* id jam hoc versu exponit, *Faber fabrum, malleator malleatorem confirmabat.* Tunc temporis, *phaam* pro *incude* sunt etiam inter Hebræos qui accipiunt, sed non alium locum adducunt ut hanc sententiam confirmet. *Ictum* autem significare nemo negabit : hinc pro *vice.* Exemplum autem obvia. Ego ut adverbium accipiendum hic putarem, pro *viciisim;* quòd *malleator exhortaretur eum qui iteratis vicibus, vel eum qui secum vicissim tudebat.* Vulgatus pro adverbio temporis accepit, neque malè : sensus enim idem est, sicut Num. 24, 1, reddidit *sicut ante;* sensus autem est, *sicut semel atque iterum.* *GLUTINO;* *laddebec,* à verbo quòd *adhærere* significat, dicunt Hebræi nomen hoc significare *conjuncturam seu adhesionem;* hinc pro *glutino* accepit Vulgatus. Possumus tamen aliis punctis accipere pro nomine participiali, *dabec,* id est, *adhærens; assecla, qui lateri alterius adhæret;* ut sit sensus : *Dicens faber et malleator adhærere sibi, bonum est, vel bene est, jam aptum est et perfectum, nihil supra; tuncque clavus ferreus illud confirmabant, ne moveretur.* Sunt autem qui hos tres versus de gentibus, que audito quòd proposuerat Deus de Abrahamo, timentes cause suæ, sese mutuo ad idola defendenda adhortabantur. Sed verba priori expositioni magis suffragantur. Nam de studio constituendorum idolorum et sese adversus cultores Dei invisibilis cohortantium videtur esse sermo. Interim tamen mirè idolorum vanitatem elevat, et idololatrarum vesaniam amplificat. Huc quodammodo facit cohortatio illa Philistinorum 1 Sam. 4, quando advenisse arcam Dei in castra Israelitica intelligentes inmerunt et ingemuerunt; *Væ, dixerunt, nobis : Quis nos salvabit de manu deorum sublimium istorum? Hi sunt dii qui percusserunt Ægyptum omni plagâ : Confortamini; et estote viri, Philisthim, ne serviatis Hebræis; confortamini, et bellate, etc.* Ad hunc modum hanc verba propheta accipio. Nam ab historiâ illius temporis et Abrahamo paulatim ad posteriores Abrahæ transiit, et ea que pro eis gessit Deus, ac tandem ad veros filios Abrahæ, paucos illos qui fidem servârunt. Quas transitiones qui non ex frequentî prophetarum lectione animadvertunt, miserimè decipiuntur hærentque sapiis, et quò se vertant nesciunt. Saltem que hoc loco est manifesta sane est.

VERS. 8. — *ISRAEL, JACOB, SEMEN ABRAHAM.* Jam vides quòd ad posteriores Abrahæ vertat sermonem. Non enim solum in ipsius Abrahæ personâ se Deus Deum esse ostenderit, sed multò etiam magis in semine ipsius. Israelitas ergo cohortatur ne sibi ab ullis hos-

tibus timeant, quòd ipsum habeant protectorem, etc.

VERS. 9. — *IN QUO APPREHENDI TE.* Potest juxta consuetudinem Hebræici sermonis in relativo *asche* includi prepositio, quam expressit Vulgatus, q. d. : *Dominus, quòd dum vocavit et apprehendit Abrahamum, in ipso apprehenderit ejus posteritatem.* Sive autem ita accipias, sive non, veritasque relativum et pronomen affixum per relativum tantum, ut superiori versu, *quem elegi te, id est, quem elegi, et usus lingue Hebræe postulat, sensus tamen idem est, nam hoc innuit Deus quòd quando à Chaldæâ vocavit Abrahamum, in eo filios ejus vocaverit. Unde de Israele, id est, Israelitis, dicit, quòd ab extremis terre eos vocaverit. A LONGINQUIS EJUS.* Nomen Hebræum *cabitos* designat. Attribuit autem hebraismus metaphoricè mari et terræ naves et brachia, quòd sinus recessusque habeant. Quod ergo dicit ab *extremitatibus,* idem repetit à *brachiis* sicut *seu recessibus;* ad quos se veluti brachiis ostendit. Sensus verit Vulgatus. Habent autem appellationem hanc *cabiti* quòd sub eis quidquam asserverimus. Credo esse quoque Latini *axillas* vocant; et pro *convincatibus* accipi hoc loco, id est, abstrusis locis, unde videbamini vix educi posse; ut de eductione ex Ægypto in hoc secundo membro possit esse sermo. *ELEGI TE.* Quando eum in populum sibi peculiarem elegit ex omnibus populis, neque unquam illos *abjicisse* dicitur; quia ex illis Christus Dominus secundum carnem et reliquæ sanctæ prodierunt, ex quibus constat regnum Dei, quod est omnium seculorum.

VERS. 10. — *QUIA EGO TECUM.* *Dominus mihi adjutor; non timebo quòd faciat mihi homo; Dominus protector vite mee; à quo trepidabo? NE DECLINES, vel, divertas.* *Schaah* est *animadvertere,* licet juxta variam constructionem variè reddi debeat. Possemus etiam hic reddere, *ne advertas;* id est, ne sollicitus sis, nihil cures, ne circumferas oculos, ut quorum mens vacillat. Et qua est in quartâ, potest esse sensus, *ne temetipsum respicias,* id est, ne ad te viresque tuas attendas, sed ad meipsum, qui sum Dominus *Deus tuus,* qui te foveo, adjuvo, sustento ne cadas. Et istæ sunt proprie verborum Hebræorum significationes; atque hæc ultimam interpretationem libenter amplector. *DEXTERA JUSTI MEI.* Heb., *justitia mee.* Vulgatus accepit ut supra v. 2, et de Mose vel Christo Domino possumus interpretari. Si autem de *justitiâ Dei,* id est, bonitate, ut sæpè accipitur, nomen *tsedec* intelligimus, planus sensus est, quòd *Deus pro bonitate suâ illos sustentârît, protezerit, etc.* Quos autem Deus sic suscipit et fovet, *nemo de manu ejus poterit eripere.* Ut sit quod non uno loco Dominus testatur : *Propter semetipsum eos protezisse, propugnasse atque liberasse.* Neque enim quæ sequuntur ad tempora Mosis vel aliorum *justi* tantum referri possunt; nisi Christum Dominum intelligas, qui et *justus et justitia Dei* dicitur. Verùm ut quòd sentio nempe dicam, hic recensent Propheta nonnulla beneficia quibus Dominus affecit populum illum, sed verbis admodò genericis ut et ad Mosis tempora et ad posteriora referri possint, ni-

mirum quia et typum et veritatem simul insinuare volebat Isaias, ut sequentia manifeste ostendat. Typum ergo et veritatem enarrabimus; nam hoc esse christianè et propriè prophetas interpretari, non dubitabit doctus ac pius lector.

VERS. 11. — ECCE CONFUNDENTUR. Deo protegente suis, hæc sunt quo hostibus obvieniunt, pudor, ignominia, perditio et omnimoda abolitio; quod iterum atque iterum repetit, quia cum infidelibus loquebatur. Exemplo sunt Ægyptii, et gentes quæ in Palestinâ degebant. VIRI QUI CONTRADIUNT TIBI. Hebr., *virii litis tuæ*; quem doctè mollivit Vulgatus interpres.

VERS. 12. — QUÆRES EOS, ET NON, etc. Phrasis est usitata Hebræis quæ absolutam perditionem notat. Ad eò, inquit, abolebitur, ita penitus tollentur, ut quamvis magno studio eos quæras, invenire non possis. In Psalm: *Quæsi vi eum, non est inventus locus ejus*, etc. VIROS REBELLES. In recto legendum est, *virii rebelles*. Etiam hic hebræismum doctè vitavit, sicut mox viros bellii vertit *bellantes adversum te*; quos ego in versione retinui, quòd perspicui essent. QUASI CONSUMPTIO. Hæc propria est significatio vocis *ephes, consumptio, defectus*, etc., id est, quòd assumptum et deletum est.

VERS. 13. — APPREHENDENS MANUM. Planior est oratio, licet sensus idem, si veritas qui apprehendo deceteram tuam, dicens. Neque enim est conjunctio in Hebræo, sed est *he*, cuius munus est aliquando ut additum verbo sit relativum, ut Gen. 46: *Omnis anima Domus Israel quæ venit*: Ps. 48: *Qui cingis me virtute*, etc. Exprimat autem humano more gestum ejus qui alteri auxilium et operam suam pollicetur. Solet hoc fieri apprehensâ dexterâ; quòd symbolum erat fœderis et amicitie. ADVI. Scio, inquit, me non defuturum tibi; ita firmiter apud te statue ac si res jam peracta esset.

VERS. 14. — VERMIS. A rodendo dictus est hoc nomine vermiculus qui lignum corrodit. Greci *τρυφών*, Latini *teredinem* dicunt. Est autem nomen contemptus, ut Job. 25: *Quanto magis homo vermiculus, et filius hominis vermis*; et Ps. 22. Existimo autem prophetam in his verbis insinuare statum Israelitarum, quando à peccato quasi funditus vastati, paucissimi fideles reperti sunt, contemptibiles et nullius pretii homines; quos elegit Deus, ut confunderet fortia, etc. Hujus interpretationis signum dat locus Luc. 12, ubi Dominus ad discipulos suos dicit: *Ne timeas, pusille grex; quia complacuit Patri dare regnum, etc.* Nam quòd sequitur: *Et qui mortui estis ex Israel*, id est, quasi mortui reputati, et ut D. Paulus de se et sociis ait, quòd essent *novissimi et veluti mortui desinati*, reddi potest ex Hebræo, ut in versione nostrâ vides, *pusillo Israel*, id est, pusille Israelitarum grex. Nam à verbo *math, mortuus est*, est nomen *methim*, quòd interdum *mortuus*, interdum idem quòd Latinis *mortales, seu homines*, à conditione suâ, significat; licet Massoræ variis motionibus illud efferant, ut æquivalentem vident. Interdum etiam significat, *exiguum, pusillum et infirmum cæcum*, qui est velut mortuus et mactationi expositus, vrasertim si junga-

tur nomini *misephar, numerus*, aut adverbio *meat, parum*; Gen. 34: *Ego verò paucus numero*; Deut. 33: *Tribus ejus sit pusilla numero*; et 26, 3: *Descendens in Ægyptum peregrinatus est ibi cætu modico*. Et Ps. 105, cum utrâque dictione construitur, ut superlativum significet, *paucissimi et nullius pretii homines*. Hic autem licet sine illis vocibus sit positum, tamen non simpliciter pro *iris* positum apparet, neque pro *mortuis* absolutè, sed pro *hominibus qui pro mortuis habentur*; quales Apostolus se et coapostolos non semel describit. Si typum hic quæris, recole tempora illa de quibus Ps. 105: *Cùm essent numero brevi, etc., pertransierunt de gente in gentem, non reliquit homines nocere eis, et corripuit pro eis reges. Tandem auxit populum suum vehementer, et firmavit super inimicos ejus*, etc. Si autem veritatem, recole tempus illud quò Dominus discipulis dicebat: *Noctè timere, pusille grex; quia complacuit Patri vestro, etc.*, quibus dedit potestatem calcandi super serpentes et omnem virtutem inimici ut nihil illis noceret, quos per universum orbem feci victores pergere, etc., ut hoc sit quòd sequens continetur, quo similes illos facit *trahæ, seu rastro acuto, et novo, et dentato*, etc. De quâ victoriâ in sequentibus plura.

VERS. 15. — QUASI PIASTRUM. Nomen *traham* notat, seu *rastrum*, quo funibus bobus aut aliis animalibus alligato glebæ conteruntur. Nam glebis comminendis adhiberi traham et tribulum legis Geor. lib. 1: *Tribulaque, trahæque, et iniquo pondere rastroi*.

Et nonnullis in regionibus eisdem ferè instrumentis grana excutuntur ex paleis. *Piastrum* dixit Vulgatus, idem omninò volens significare. TRITURANS, *carut, acutum*. De sensu tantummodò fuit sollicitus Vulgatus; quare et *rostra serrantia* dixit, cum in Hebræo nomen unum tantum plur. *phiphioth*, quòd multa habet ora seu acumina; habent enim illa instrumenta plures quos vocamus *dentes*. Nomen autem *oris*, quo cibos incidimus, tribunt Hebræi gladiis et aliis rebus. Ad ore etiam apud Græcos, quòd vulgò *aciarum* ab *acie*, que ex eo confici solet, dicimus, *στρίλα* appellatur. Quidquid quoque aliqùæ prædicitur est, Hebræi vocant *dominum* illius rei. Sic hoc loco *rastrum* vocat *dominum dentium seu acierum*. TRITURANS MORTES. Pro glebis hic substituantur *montes et colles*, id est, reges ac tyranni; quos Israelitæ in typo subjugarunt, quosque Apostoli in veritate verbo Dei pedibus suis subjecerunt, in captivitatè redigentes omnem altitudinem extolventem se, etc. Hos quasi in pulverem redegerunt, quos humillimos reddiderunt et præceptis pisceatorum parentes.

VERS. 16. — VENTILABIS EOS. Hic jam eos paleis et quisquiliis comparat, quos supra montes et colles vocaverat. Antè quàm enim subjugarentur, *montes* erant; postea levissimis istis rebus comparantur, in quas vin suam liberè ventus exercet. Et quidem corporaliter olim Israelitæ eos abstulerunt et in nihilum redegerunt; spiritaliter autem vi Spiritus S. Apostoli eos debellârunt, etc. EXSULTABIS. Quanta fuerit exultatio Israelitarum cum se viderunt dominòs regnorum

exteriorum, omnibus notum est. Quanta quoque fuerit *gloriosa* Apostolorum cum viderunt subjectas fidei nationes gentium, quos explicare possit? De hæc jam nihil dictum est supra, cap. 9. *Exultare*, autem in Domino dicit Hebraismus pro *sancè et piè exultare, Deo honorem et gloriam impendendo*, etc. Hic quoque recole interfectionem Ægyptiorum, quos demersit Deus in mari, neque ultra eos viderunt; simul etiam exultationem Israelitarum quæ cantico illo Moysi continetur: *Cantemus Domino, etc.* Ægypti enim fuerunt viri litis, rixæ et belli; horum superbiam contudit Dominus, etc. Quæ omnia in figurâ contigerunt illis.

VERS. 17. — EGENTI ET PAUPERES. Si hæc de itinere filiorum Israel per desertum velis accipere, tanquam de typo omnia conveniunt. Non enim desertum illis fuit desertum, sed tanquam paradisi deliciarum. Non defuerunt aquæ, neque panis de celo: et pro umbrosis arboribus, nubes æstatis tempore, etc. Imò cum miracio non uno loco erupissent fontes, quibus dubiet quin et hujusmodi arbores, quas hic commemorat propheta, illic creverint tot annorum spatio? Sed nihilominus multò aptius mysterio et veritati isthæc conveniunt. Nam *pauperuli* discipuli Domini et omni humano auxilio destituti *aquis et consolationibus caelestibus* refecti sunt. Et genus illud vitæ horridum et necessitatis atque afflictionibus relictum, quòd discipuli Domini ducebant, in deliciis versum est; et tristitia eorum versa est in gaudium. Nam *egentes, multos locupletabant, et nihil habentes, omnia possidebant*, etc. Unde et Dominus in Evangelio ait quòd *flumina de ventre credentium in se orientur, etc.*, quòd dicebat de Spiritu, *quo accepturi erant credentes in eum, ut ipse Joannes interpretatur*.

VERS. 18. — IN SPINIS. Alii legunt *supremis*. Vox Hebræa *schephi præcipitium* seu *præruptio* est. Ergo hic *super præcipitium* reddere possumus, id est, abruptis, excelsis atque inanis. RIVOS AQUARUM. Optime reddidit rivos. Ego etymologiam retinui, ne ignoraretur; à verbo enim *tata* *egressus est* dicitur nomen, *exitus, egressus*, etc. *Egressus aquarum* est scaturigo. *Egressus oris* est eloquium, ut Deut. 8: *Sed in omni egressu oris Jehova vivit homo*, id est, in eo quòd præcipit, promittit aut loquitur; item 23, et Psal. 89.

VERS. 19. — SPINAM SCHITAH, quæ arbor sit ignoramus. Theodotio *spinam* vertit. Et Hieronymus scribit esse *genus arboris nascentis in eremo, spinæ albæ habentis similitudinem; ex quo arca fœderis et omnia instrumenta lignea tabernaculi fabricata sunt*. Et addit *lignum esse impetrabile, et levissimum omnium lignorum, tam in fortitudine quàm in vitæ sollicitudine et pulchritudine superans*. Sed si in eremo nasci solet, quid mirum quòd in solitudine daret *Deus sittam?* etc. Quare etsi infrugifera sint hujusmodi quæ hic commemorantur arbores, non in desertis nasci eas passim merito quis credat, atque ad confectionem tabernaculi aliunde allatas, præsertim cum ad construendam arcam et instrumenta tabernaculi non magna lignorum quantitas necessaria fuerit. Post rivos autem aquarum quos in solitudine illâ Deus dedit,

non dubito quin omnes istæ arbores illic ortæ fuerint. ULMUM. Qualis etiam arbor sit *Tidhar* ignoratur. Certè à *fremitu* seu *fragore* videtur dicta quem à venis agitata edit. Hieronymus *ulmum* vertit. Sunt qui *pinum* putent, quasi à *resina* appellationem habeat, aut à *splendore* quem si accendatur edit; nam *zahar*, resplendere est Chaldaice atque Hebræis, licet plerumque ad spiritalem lucem quæ adhortatione et commolatione fit transferatur. At quantum cognationem habeant litteræ *resch* et *zah* est manifestum. Hinc existimo vocem Latinam *teda* originem ducere, quæ primò arborem notat ex eadem genere quæ *resinam* ferunt, abundantiorum succo reliquis ejusdem generis, *Græcis δῆς, δάδιον*. Inproprie deinde dicuntur *Teda* partes imæ piece sativæ, atque alia ligna que vel naturali pinguedine vel oleo piece hinc facile modo lucent. BRUXIA. Appellationem habet Hebræis à *felicitate*, quia semper vireat et multitudine foliorum luxuriat.

VERS. 20. — UT VIDEANT, ET SCIENT, etc., id est, ita ut negare nemo possit hæc beneficii Dei invisibilis fieri, cum nulli alteri populo alterius dei cultori similia nunquam contigerit quæ Israelitis jussu Dei per desertum iter facientibus contigerunt; imò quælia Deus veris Israelitis postea præstitit. Quæ si quò dignitate consideret, non poterit non agnoscere nullius alterius virtute hæc evenire potuisse nisi veri Dei. Quis negabit Christum esse verum Deum si consideret dona et virtutes ipsas quæ de celo ipsis discipulis divinitatem ejus prædicantibus concessa sunt? Certè adventus Spiritus S. testimonium perhibuit veritati: et prædicatio ipsorum erat in signis et prodigiis et virtute multa, ut testatur Paulus. Et accogitent. Ad verb. est in Hebræo ut ponant; sum enim ponere est. Et quando pro cogitare et pressè attendere accipitur, solent Hebræi nomen cordis apponere, ut 2 Sam. 48: *Non apponit ad nos cor*, id est, non curat, etc. Et ponere in corde est quòd poeta dixit *altâ mente reponere*. Interdum tamen (ut hoc loco vides) absolutè accipitur pro *recoitare*, ut Vulgatus vertit; ut etiam Job. 4.

VERS. 21. — PROPÈ FACITE. Hactenus causam suam Deus verus egit, et ex operibus suis, neque quæ cum Abraham et posteritate ejus egerit, ostendit se verum Deum esse. Jam gentes urgeat ut causam deorum suorum non deserant. *Carerit, coram afferte, accedere facite*, id est, *propòsite jam causam vestram*. Si quis forte. Forte hic nomen est; id est, si argumenta allicujus roboris habeatis, adducite ea, quibus confirmetis deorum vestrorum divinitatem. *Atemoth* enim sunt confirmaciones seu corroboraciones quæ quisque pro se in iudicio offert, quæ sunt in oratione veluti ossa et nervi in corpore. REX JACOB. Datâ operâ regem Jacob hic vocavit ipsum Deum in sagillationem deorum altarum gentium, quæ cum eis cultum tanquam diis exhibeant, ab eis tamen non reguntur neque protegentur sicut Israelitæ à Deo suo.

VERS. 22. — ACCEDANT, vel, adducant, inquam, afferant confirmaciones. Quia verò posset divinitas comprobari vel ex prædicatione futurorum vel etiam

enarratione præteritorum, id est, quæ jam olim fecissent, urget. PRIORA, quæ FUERUNT, NUNTIATE. Ad verb. *priora, aliquid ecce nuntiate*; id est, *quidquam eorum quæ præcesserunt, coram nunc narrate nobis*. ER FONEMUS COR NOSTRUM. Sic omnino habent Hebræa; de quo supra v. 20. ET SCIENTIS NOVISSIMA BOREM. Si quidquam, quæ olim fecerint, nobis annuntiaveritis, inde ratiocinantes, quenam futura deinde quoque sint intelligemus. Eorum in Hebræo est pronomen femininum, et ad deos referri non potest, sed pro neutro accipiendum est, q. d.: Ex his quæ Deus cum patribus nostris operatus est licet conjectari quem finem illæ res habituræ quoque sint (ut in superioribus exposuimus) tanquam ex umbris veritates; ita si quæ priorum nobis annuntiaveritis quæ dii vestri operati sint, colligere aliquâ ratione poterimus earum rerum exitum, atque finem aliquâ ex parte intelligemus. ER QUÆ VENTURA SUNT. Particulam o, ut disjunctivam (sicut Levit. 1 : de turturibus vel de pullis columbæ) hic libenter accipio; et non tam ventura quam venientia interpretor vocem *habaoth*, id est, *instantia, et quæ jam à tergo instant*; q. d.: Si neque futura prædicere neque præterita enarrare possunt, saltem vel quæ jam veniunt, quæ vel mediocriter prudens vir prædicere aut annuntiare posset, nos percipere faciant.

VERS. 25. — ANNUNTIATE, etc. Iterum repetit utrumque membrum, urgetque ut ex altero istorum capite ostendat se esse deos : *Vel quæ postmodum futura sunt nuntiate, vel quidquam boni aut mali facite, ut actiamus vos esse deos*. ET LOQUAMUR. Potest esse sensus: *Et versis vultibus ad nos mutuo pariter rem examinabimus, atque tractabimus quoniam honore digni sitis, etc.*

VERS. 24. — ECCE VOS, etc. Obmutescitibus tam idolis quam ipsorum cultoribus, concludit ipse Deus summâ cum detestatione atque contemptu; q. d.: *Quid urgeo ? quid immoror ? Ecce multo minus quam nihilum estis. Et tantum abest ut aliquid boni aut mali facere possitis, ut opera vestra inania et nulla prorsus sint, et minus habeant ponderis quam sibilus quidam, etc.* Vulgatus præpositionem *mem* pro à vel ex accepti, ut sæpè solet. *Esse autem ex nihilo hoc loco est esse fictitious deos, neque ab aliqua veritate ortum habuisse, sed inani et stultâ imaginatione quorundam hominum, quos nomine abominationis statim notat*. Possimus autem *mem* pro particulâ comparationis sumere; et sensus erit quem jam apposui.

VERS. 25. — SUSCITAVI. Videtur esse conclusio prædictorum, cum quâdam illorum capitum duorum repetitione; q. d.: *Me ergo pro Deo colere debet totus orbis, qui quæ præcesserunt feci; quæ videlicet jam audistis, nempe quid vocaberim ab oriente, videlicet à Chaldeo, Abrahamam; et deinde ab Aram, quæ ad septentrionem sita est. De quo, cum esset mei nominis cultor, et me solum pro Deo coleret, et ipse per se et posteros suos reges conculcavit quasi lutum, nemo dubitare potest an id virtutem meâ fecerit. Alterum autem caput, de futurorum eventu, repetit v. 27. Atque hunc puto germanum hujus loci sensum. VOCABIT NOME NOME MEUM. Ad verb., *vocabit in nomine meo*; id est,*

invocabit nomen meum; vel *vocabitur in nomine meo*, id est, *me colet, vel mei cultor appellabitur*; et est futurum pro præterito. ANDUCET (vel *invadet*); *magistratus, seganin* significat *magistratus in magistratu*; sicut et Berosus scribit significare illos qui magni sunt, et pontificatu funguntur. Quam facili autem negotio et Abraham quatuor reges et Israelite plurimos conculcaverint, notum satis est S. historiâ est.

VERS. 26. — QUIS ANNUNTIAVIT. *Quis ex vobis, ô dii, harum rerum seriè prius cognovit aut prædixit? dicite supple, ut sciamus quisnam vestrum sit*. ET A PRINCIPIO. Idem repetit: *Et dicite quis antea isthæc prædixerit, et eum justum pronuntiabimus*, id est, *laudabimus, et ejus laudes decantabimus. Justificare enim quemquam in sacris litteris interdum est idem quod laudibus celebrare*; nam justorum tantum laus est, et justî tantum sunt digni laude. Vel potius hic *justum pronuntiare* est pro *absolvere et sententiam pro ipso ferre*. Superiis enim deos et deorum cultores quasi in judicium vocaverat. Si quis, inquit, *vestrum est qui præterita ante quam evenirent prædixerit, dicite quis sit, et victor ex judicio prodibit, palamque referet; neque erit cur deinceps dicamus quod non sit Deus*; imò *ab hæc labe immunis pro Deo deinceps habebitur. Sed non est, etc.* Optimè reddidit Vulgatus sensum: *Sed frustra expectamus; non est quisquam qui annuntiet; nemo est qui audire faciat; neque est qui vel vos musstantes audiat, aut aliquid verbum ex ore vestro percipiat*.

VERS. 27. — PRIMUS, etc. Verbum *dicet*, supplevit Vulgatus. Ad verb. sic habent Hebræa: *Primus Sioni, ecce, ecce ipsi*, id est, *adsunt, q. d.: Nec præterita fuit qui annuntiaret ante quam venirent, neque futura. Ego primus omnium Sioni dico*; *Ecce, ecce adsunt, nempe qui ea quæ futura sunt tibi annuntient; et ego primus omnium sum qui ipsi Jerosolymæ dabo qui facta annuntiet*. Ponitur enim *sing. mebasser*, pro plur.

Non solum potens sum futura prædicere, sed facio ut homines ea prævideant et annuntient. Nam de redemptibus à captivitate, ut quidam interpretantur, nimis alienum est. Illud ergo *adsum*, quod in vulgatis biblis legitur, in tertiam personam *adsum* est mutandum; et ita in commentariis Hieronymus interpretatur et legit. Intelligit autem prophetas, quos Dominus semper Israelitis dedit, qui de futuris eos admonebant ac certiores faciebant, præsertim autem ipsum Isaiam prophetam, quem fortè hoc loco Dominus *Evangelistam* appellat, qui deinceps plurima de regno Christi annuntiat. Est autem Christus ex semine illius *justi* quem *ab oriente suscitavit* Dominus. Atque ita manifestum apparet his verbis prophetam sibi viam munisse ad sequentes de Christo prophetias.

VERS. 28. — ET VIDI. Ego Isaias, an me hæc pro Domino proponente vellet quisquam suorum deorum divinitatem ostendere; et si non primo loco, saltem secundo post Deum nostrum vellet quisquam futura prædicere. ET NON VIR, id est, *nemo affuit*. NEQUE EX ISTIS. Heb., *et ex illis, et non consiliarius*; id est, *et vidi an illis esset quisquam qui consularet eum;*

altero quidam facto opus esset. Quorum silentium cum animadverteterem, *interrogavi eos* an haberent quid dicerent, et non reddiderunt ullum responsum. Est enim repetenda negatio more Hebræo. Quare Vulgatus mutatâ orationis formâ sensum doctè et eleganter expressit.

VERS. 29. — OMNES INJUSTI. Vox *aren*, de quâ jam sæpius dictum est, non *injustitiam* propriè notat, sed *innatam illam concupiscentiam atque vim, omnis injustitiæ caput atque originem*; deinde etiam et quidquid *innave* et *noziûm* est notat; ideòque de idolis sæpè

CAPUT XLII.

1. Ecce servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea; dedi Spiritum meum super eum; judicium gentibus profertur.

2. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox ejus foris.

3. Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet; in veritate educet judicium.

4. Non erit tristis, neque turbulentus, palam ponat in terrâ judicium; et legem ejus insule expectabunt.

5. Hæc dicit Dominus Deus, creans cœlos, et extendens eos; firmans terram, et quæ germinant ex ea; dans statum populo qui est super eam, et spiritum calcantibus eam.

6. Ego Dominus vocavi te in justitiâ, et apprehendi manum tuam, et servavi te; et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium:

7. Ut aperires oculos cæcorum et educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris.

8. Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, et laudem meam sculptilibus.

9. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt; nova quæ ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam.

10. Cantate Domino canticum novum, laus ejus ab extremis terræ; qui descenditis in mare, et plenitudo ejus: insule, habitores earum.

11. Sublevetur desertum, et civitates ejus; in domibus habitabit Cedar; laudate, habitatores Petre; de vertice montium clamabunt.

12. Ponent Domino gloriam, et laudem ejus in insulis nuntiabunt.

13. Dominus sicut fortis egredietur; sicut vir præliator suscitabit zelum; vociferabitur, et clamabit; super inimicos suos confortabitur.

14. Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parvulus loquar; dissipabo, et absorbebo simul.

15. Desertas faciam montes et colles, et omne gramen eorum exsiccabo, et ponam flumina in insulis, et stagna arefaciam.

16. Et duæm cæcos in viam quam nesciunt, et in semitis quas ignoraverunt, ambulare eos faciam; ponam tenebras coram eis in lucem, et prava in recta; hæc verba feci eis, et non dereliqui eos.

dicitur. Dicit ergo *omnes gentium deos esse meram hominum concupiscentiam, et absque ullâ ratione inventos*; sed *sola stultâ quâdam concupiscentiâ voluisse singulos numina sua habere, sibi que propitiâ; quare unusquisque sibi deos finxit. VANA OPERA EORUM, vel nihilum*. Nihil enim prorsus agunt. Ipsa quoque *simulacra sunt fœculia quidam ventus et inane sunt, id est, res nullius momenti, etc.* Omissis ergo ipsis, transit ad res solidas et admiranda opera, quæ Spiritu Dei plenus propheta prævidebat facturum Dominum futuris temporibus.

CHAPITRE XLII.

1. Voici mon serviteur; je le soutiendrai; mon âme dans lequel mon âme a mis toute son affection. Je rendrai mon esprit sur lui; et j'annoncera la justice aux nations.

2. Il ne criera point; et il n'aura point égard à la personne, et on n'entendra point sa voix dans les rues.

3. Il ne brisera point le roseau cassé; et il n'éteindra point la mèche qui fume encore: il rendra justice selon la vérité.

4. Il ne sera point triste ni précipité, jusqu'à ce qu'il ait établi la justice sur la terre; et les nations attendront sa loi.

5. Voici ce que dit le Seigneur Dieu, qui a créé les cieux et qui les a étendus, qui a affirmé la terre et ses produits; qui donne le souffle au peuple qui la remplit, et la vie à ceux qui la foulent:

6. Je suis le Seigneur qui vous ai appelé dans la justice, qui vous ai pris par la main et vous ai conservé, qui vous ai établi pour être l'alliance du peuple et la lumière des nations,

7. Pour que vous ouvriez les yeux des aveugles, pour tirer des fers ceux qui étaient enchaînés, et pour faire sortir de prison ceux qui étaient assis dans les ténèbres.

8. Je suis le Seigneur, c'est là mon nom. Je ne donnerai point ma gloire à un autre, ni les hommages qui me sont dus à des idoles.

9. Mes premières prédictions sont déjà accomplies. J'en fais encore de nouvelles, et je vous découvre l'avenir avant qu'il arrive.

10. Chantez au Seigneur un cantique nouveau; publiez ses louanges d'un bout de la terre à l'autre, vous qui allez sur la mer et sur toute l'étendue de ses eaux; vous, îles, et vous tous qui les habitez.

11. Que le désert et toutes ses villes élevant leurs voix: Cedar habitera dans des palais. Habitans des rochers, louez le Seigneur; jetez de grands cris du haut des montagnes.

12. Ils publieront la gloire du Seigneur; ils annonceront ses louanges dans les îles.

13. Le Seigneur sortira comme un guerrier invincible; il excitera sa colère, comme un homme qui marche au combat; il haussera sa voix; il jettera des cris; il se rendra le maître de ses ennemis.

14. Je me suis tu jusqu'à cette heure; je suis demeuré dans le silence, j'ai été dans la retenue; mais maintenant je me ferai entendre comme une femme dans l'enfantelement; je détruirai tout; j'abîmerai tout à la fois.

15. Je rendrai désertes les montagnes et les collines; j'en ferai mourir jusqu'aux moindres herbes; je convertirai les fleuves en îles, et je sécherai les étangs.

16. Je conduirai les aveugles dans une voie qui leur était inconnue, et je les ferai marcher dans des sentiers que jusqu'alors ils avaient ignorés; je ferai que les ténèbres devant eux se changeront en lumière, et que les chemins tortus seront redressés; je ferai ces merveilles en leur faveur; et je ne les abandonnerai point.